EPIGRAMMATA GRAECA

IN AEGYPTO REPERTA

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO
PHILOSOPHORUM ORDINE
ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS
RITE IMPETRANDOS

RETRACTAVIT

OTTO PUCHSTEIN
POMERANUS.

ADIECTAE SUNT TABULAE DUAE

ARGENTORATI
APUD CAROLUM I. TRUEBNER.
MDCCCLXXX.

Lipsiae, typis Breitkopfii et Haertelii.

RUDOLFO SCHOELLIO

PIO GRATOQUE ANIMO

D · D · D ·

In epigrammatum Graecorum lapidibus incisorum, quae in Aegypto reperta sunt et post Letronnium a Franzio in C. I. G. vol. III edita, verbis ad artis normam constituendis quam non firmo fundamento saepe niterentur, multi viri docti experti sunt. Nam post carminum illorum exempla satis diligenter a Saltio Wilkinsonio Lenormantio L'Hôtio confecta cum Bailius [1]) maxime suis ipsius apographis summam de veris lectionibus movisset dubitationem [2]), testes, quibus fides haberi posset, desiderabantur. Quo maiores gratiae R. Lepsio agendae sunt, quod, cum Aegyptum annis huius saeculi XLII—XLV ad monumenta aegyptia cognoscenda et colligenda perlustraret, etiam inscriptiones graecas et latinas ectypis confectis accurate constituit et aere incisas in Monumentorum volumine sexto tab. 70—101 edidit. Atque quanti Lepsii apographa aestimanda essent, iam Mommsenus docuit, cum eis usus inscriptiones latinas in Aegypto repertas ederet [3]). Praeterea Kirchhoffius titulos nonnullos propter litteraturam et antiquitatem notabiles ex Lepsii opere deprompsit [4]); nuper Droysenus in historia Ptolemaeorum enarranda eadem ectypa consuluit [5]). Marquardtii [6]) vero sententia, qui non multum Lepsii apparatu nos iuvari censet, vereor ut iusta sit: aliquid certe ad eam redarguendam spes est hac mea commentatione allatum iri. Citavit Lepsium etiam Wescher, cum carmina quaedam denuo ederet: qui cum

1) Iac. Kennedey Bailie fasc. III. inscript. graec. Dubl. 1849, vide C. I. G. III Add. p. 1200 n. 4720 al.

2) cf. Mommsen. in C. I. L. III, 1 p. 9, VI.

3) C. I. L. III, 1 p. 6 sq.

4) *Studien z. Gesch. d. griech. Alphab.*[3] p. 34 sq.

5) *Hellenismus* III p. 44 *Anm.* 3.

6) *Röm. Staatsverwaltung* I p. 282.

anno huius saeculi LXIV Aegyptum cum comite de Rougé eo consilio visitasset, ut inscriptiones graecas et latinas superstites omnes colligeret [1], adhuc paucos titulos publici iuris fecit [2]. Illud vero mirari subit quod qui nuper epigrammatum graecorum in lapidibus incisorum syllogen copiosissimam et utilissimam exhibuit, G. Kaibel [3] in carminibus in Aegypto repertis constituendis Lepsiana illa apographa prorsus neglexit: quo factum est, ut et gravissimo subsidio critico destitueretur et aliquot epigrammata praetermitteret a Lepsio primum publicata. Qua re ne Kaibelii collectioni supplementa deessent, quae certa in manibus sunt, accurata collatione epigrammatum aegyptiorum confecta quaecumque ad verba carminum illorum corrigenda redundarent notavimus. Atque ordinem secuti quem Franzius in C. I. G. vol. III instituit, nisi certis causis eum mutare cogebamur, cum contextu eius maiusculis litteris expresso apographa Lepsiana ipsaque ectypa, quorum inspiciendorum copiam eximia Lepsii liberalitas nobis fecit, contulimus; quae epigrammata Lepsius nova et usque eo ignota exscripsit, ea suo loco inseruimus.

Iam quo facilius singula invenirentur, carminum tractatorum conspectum apposuimus:

locus	C. I. G. III	Kaibel	Lepsius Gr.	nobis n.
Cahira	—	—	8—11	I
Memnonis statua	4720	987	592	II
»	4721	995	86	III
»	4723	996	64	IV
»	4725	990	110	V
»	4727	988	91	
»	4729	989	108	
»	4730	991	107	
»	4731	992	111	

[1] cf. *Rapport de C. Wescher sur sa mission en Égypte* in *Rev. arch.* 1864 vol. II p. 219 sq.

[2] *Compt. rend. de l'Acad. d. inscr.* 1871, VII p. 278.

[3] Epigrammata graeca ex lapidibus collegit G. Kaibel. Berol. ap. G. Reimerum 1878. Supplementum editor adiecit Mus. Rhen. XXXIV p. 181 sq.

locus	C. I. G. III	Kaibel	Lepsius Gr.	nobis n.
Memnonis statua	4735	997	101	VI
»	4738	998	87	VII
»	4739	1001	109	
»	4740	1002	97. 98	VIII
»	4741	1003	84	
»	4742	1004	116. 117	IX
»	4743	1006	79	X
»	4744	1005	104	XII
»	4745	1008	105	XI
»	4746	1013	99	XIII
»	4747	993	88	XIV
»	4748	1009	62	XV
»	4749	1000	76	XVI
»	4750 b.	—	93	XVIII
»	4754	1010	72	XIX
»	4755	1011	77	XVII
»	4758	—	115	XX
»	4761	999	82	VII
»	4761 b.	1012	74	XXI
»	4761 c.	1007	89	X
»	4761 d.	1014	75	XXII
»	—	994	69	XXIII
»	—	—	83	XXIV
Thebae	4781	—	44	XXV
»	—	—	54	XXVI
Templum Panis	4835 b.	976	127	
»	4838	826	124	
»	4838 b.	825	135	XXVII
»	—	—	160	
»	—	—	158	
»	—	—	165	
Philae	4923	978	255	
»	4924	980	274	XXVIII
»	4924 b.	979	251	
»	4925	982	296	XXIX
»	4935 b.	985	259	XXX
»	4936	984	240	
»	4936 b.	983	265	XXXI
»	—	—	232	
»	4943	981	272	XXXII
»	4944		273	
»	4944 b.	—	316	XXXIII

locus	C. I. G. III	Kaibel	Lepsius Gr.	nobis n.
Talmis	5039	1023	432	XXXIV
»	—	—	451	
»	—	—	455	
»	5041	1022	444	XXXV
Pselchis	5078	975	409	XXXVI
»	5083	974	412	XXXVII

I.

Moschionis epigrammata.

Lepsius VI tab. 73. 74, Gr. 8—11; Dem. 180—182. Vide tab. I.

Tabula votiva ex alabastrite facta Cahirae *(Cairo)* in urbe empta nunc in Museo regio Berolinensi adservatur [1], ubi ipse eam examinavi. Quo loco reperta esset, teste Lepsio erui non potuit. Lapidis margine fere undique fracto aetoma, pars sinistra, angulus infimus lateris dexteri interierunt; pars superstes 86 cm. alta, 81 cm. lata, 25 cm. crassa dimidia diffracta est. Lapicida latere postico non polito litteras atque lineas partis anticae parum profunde exsculptas colore rubro illevit, quo distinctius cernerentur; cuius coloris vestigia multis locis servata lapide madefacto optime distinguuntur. Inscriptiones ad sinistram incisae demotice, ad dexteram graece sunt conceptae atque ita quidem compositae ut area demotice scripta lacunaris instar graecae responderet itemque carminibus tribus graecis totidem demotica. Ipsi hoc loco missis demoticis inscriptionibus misere mutilatis solas graecas tractabimus.

Ac primum quidem in summi lapidis latere dextero exarata est area illa laqueata vel si mavis abacus, cuius partem deperditam superiorem Lepsius restituit. Subtus autem tria carmina graeca leguntur ita incisa, ut primum sub ipso abaco a latere dextero inscriptionis demoticae, alterum in media fere tabula sub inscriptione demotica, tertium denique infimo loco sub altero carmine positum sit.

Areae vero unoquoque latere in undequadraginta partes diviso quadra parvula mille quingenta et unum efficiuntur,

[1] v. Lepsii cat. antiqu. aeg. Mus. reg. n 248.

quorum singula singulas continent litteras inscriptas. Eis autem litteris verba Ὀσίριδι Μοσχίων ὑγιασθεὶς τὸν πόδα ἰατρείαις componuntur; quorum verborum litteras undequadraginta hoc modo auctor disposuit: cum a media tabula i. e. a quadro vicesimo rubricae vicesimae initium cepisset, ad regiones versus sinistram dexteram superiorem inferiorem primum scripsit litteras **ΟCΙΡΙΔΙΜΟCΧΙΩΝΥΓΙΑCΘ**. Qua in re cum littera **Θ** ubique tabulae marginem attigisset, denuo ad utrumque versus latus in margine reliquas litteras **ЄΙCΤΟΝΠΟΔΑΙΑΤΡЄΙΑΙC** disposuit, ut tota tabula in quattuor partes divideretur. Deinde litteras **Θ** quattuor illas quibus hae quattuor partes terminantur, serie diagonali iunxit ita, ut in quadris parvulis, quae diagonalem versum uniuscuiusque partis efficiunt, eandem litteram **Θ** repeteret, pariterque quadrorum series parallelas a dextera repetitis litteris **Є**, **Ι**, **C**, **Τ**, **Ο**, **Ν** etc., a sinistra **C**, **Α**, **Ι**, **Γ**, **Υ** etc. ex ordine instruxit. Quo artificio efficitur, ut, si a media tabula ad quamvis e quattuor regionibus versus legere coeperis, de unoquoque quadro in quodvis latus declinare possis.

Qualem litterarum lusum ne censeas summi artificii esse, ostendi potest omnia verba, quae impari litterarum numero componuntur, eodem modo haud difficulter distribui. Quare Moschio noster Optatianum illum Porfirium artificio non aequiparat, qui per versus homostichos litteris certo loco dispositis figuras quasvis expressit. [1]) Eiusdem autem ingenii erat qui Eudociae Augustae versum

Εὐδοκίας ἡ δέλτος Αὐγούστης πέλει

areae simili modo institutae inscriberet. [2]) Quae verba ipsa quoque imparem litterarum numerum (XXIX) efficiunt. Paullo dissimiliorem speciem abacus in parte aversa tabulae iliacae incisus [3]) prae se fert, quem cum viri docti integrum censuerint, tamen comparatis Moschionis et Eudociae tabulis integrum non esse manifesto apparet. Auctor enim illius areae

---

1) Publilii Optatiani Porfirii carmina ed. Luc. Mueller, Lips. 1877.

2) v. Gardthausen, *Griech. Paläographie, Leipzig* 1879, p. 124.

3) v. C. I. G. III n. 6126. O. Jahn, *Griechische Bilderchroniken* p. 4. 91, tab. III C2.

cum litteras ita distribueret, ut binae quadrato vacuo interposito dirimerentur, effecit, ut non solum qui quadratorum seriem directam et libratam, sed etiam qui diagonalem percurreret, verba — — *Θεοδώρηος ἡ τέχνη* legeret.

Iam verba nostrae tabulae inscripta *Ὀσίριδι Μοσχίων ὑγιασθεὶς τὸν πόδα ἰατρείαις* exprimunt, quid auctor alioqui ignotus titulo posito voluerit. Tabula enim ex genere earum est, quae deis ab hominibus ex votis offerebantur. Quam rem illustrant tituli illi innumerabiles in templis Aesculapii quondam dedicati.[1]) Similiter Moschio cum pedem medicina — in voce *ἰατρείαις* notandus pluralis insolitus in artificii gratiam adhibitus[2]) — sanum reddidisset, Osiridi hisce artificiis gratias egit; ipsamque tabulam in templo aliquo Osiridis dedicatam esse consentaneum est. Osiridi autem hoc loco eae partes tribuuntur, quibus apud Aegyptios Imhotep deus[3]), apud Graecos antiquiores Aesculapius, posteriores Sarapis[4]) [i. e. Osiris-Apis] fungebantur.

Ceterum cum auctorem ipsius abaci artificio votum solvisse constet, non est cur in lapidis parte deperdita titulum exstitisse sumamus quo idem disertius declaratum fuerit. Tabula igitur aut simplici aetomate ornata fuisse aut semicirculo supra adiecto auctoris Osiridi sacrificantis imaginem exhibuisse putanda est.

In componendis vero epigrammatis subtus scriptis Moschio eodem ingenii acumine adiutus est, quo aream construxit. Nam praeterquam quod suo quodque carmen metro conceptum est, nova artificia addidit atque curioso dicendi genere lectorem delectat. Omnia autem carmina ad tabulam respiciunt. Nam cum duobus prioribus lectori via aenigmatis solvendi describatur, postremo dei donario accepto responsum occupatur. Quae res ut appareat, iam singula carmina transcripta interpretabimur; tum quid de metris deque aetate tituli iudicandum sit, breviter referemus.

---

1) v. Böttiger, *Kleine Schriften* I p. 121.

2) Aliud est C. I. L. VI 68 *Felix publicus — bineficio dominaes* (sc. Bonae Deae) *medicinis sanatus* e. q. s.

3) cf. Wilkinson, *Manners and costums of the anc. Egyptians* II p. 53.

4) cf. E. Plew, de Sarapide. Regimonti Pr. 1868, p. 31 sq.

A.

(sub area incisum).

Μέσην μέσης τῆς πλινθίδος τὴν χειραγωγὸν ἀρχὴν
λαβὼν ἴχνευε προβλέπων, ἵν' εὐσύνοπτος ἦι σοι
ἡ παῦλλα τῶν ἐμῶν πόνων κ[α]ὶ πλινθίδος μέριμνα·
χὤσεί τις ἴδρις πολυπόνου φυτουργίης ὑπάρχων
ἐντεῦθεν ἐκ πηγῆς ἄγων μελιρύτου τιν' ὁρμὴν
ἄρδευ' ἐς ὄρχους πολυμερεῖς στοιχηδὸν ἐξελίσσων.
εἰς τέσσαρας μὲν οὖν τιθεὶς πανουργίης ἀριθμοὺς
τὸ σῶμ' ὅλον μή που λάθῃς καὶ συγχέας προσάψῃς
σὸν ἀγνόημ' ἁμαρτάνων τῶι μηθὲν ἀγνοοῦντι.
τάξιν γὰρ εὑρὼν ποικίλως διατρέχουσαν ἑξῆς
πηγῆς τε πρὸς τέρμ' ἐξ ἴσου σύμφωνον ἀποτελεσμὸν,
συνεὶς ἀνάθεμά τ' εὐμενῶς ὡς Κοίρανος δέδορκεν
καὶ καρπὸν οἷον ἐκ φρενὸς θείας λαβὼν κομίζω,
σαφῶς ἐρεῖς πεισθεὶς ἐμοὶ ⊙ . . . .

»Tabellae mediae medium ubi sumpseris principium viae ducem, investiga prospiciens, ut dolorum meorum requiem curamque tabellae recte percipias: atque veluti quis laboriosae plantarum culturae peritus hinc a mellifluo fonte profectus scatebra quadam sulcos multifariam divisos irriga per versuum ordinem explicans. Iam in quattuor numeros subdole fictos dispositum corpus totum ne te lateat, neve re perturbata tuum errorem peccando impertias ei, qui nihil erravit. Nam ubi inveneris ordinem varie deinceps discurrentem et fontis usque ad finem aeque concinnum progressum, cum intellegas et quam benigne dominus donarium respexerit et qualem fructum ex divina sententia adeptus reportem, diserte iam affirmabis mihi obsecutus . . .«

Areae artificio a nobis supra explanato auctoris verba facile intelleguntur. Atque ad significandam tabellam in parvula quadra divisam vox *πλινθίς*, h. e. abacus, scutula, optime quadrat, quandoquidem summa inter Moschionis aream et tectum laqueatum intercedit similitudo. V. 3 verba *παῦλλα τῶν πόνων* ad pedis sanationem quam Moschio verbis *ὑγιασθεὶς τὸν πόδα* supra expressit referenda sunt: unde titulum ex voto

positum esse lector intellegens cognoscat. Scripturae *παῖλλα* nulla novi exempla; contra v. 5 in voce *μελίρυτος* licet syllaba antepaenultima natura brevis metro producatur, auctor geminationem neglexit. V. 4 cum Lepsius ante ΥΤΟΥΡΓΙΗϹ litteram erasam notaverit, in lapide littera Φ satis clare discernitur. Neque inepta *φυτουργίας* imago, qua per versus tres sequentes litterarum distributio cum arborum ordinibus, quales in seminariis ab hortorum cultoribus instituuntur, comparatur. — V. 5 verba *ἐκ πηγῆς* ad *χειραγωγὸν ἀρχήν* v. 1 respicere patet. Sententia autem vs. 7—9 expressa paullo obscurior est. Ni fallor, cum quattuor illae areae partes de quibus supra diximus a lectore primo adspectu facile deprehendantur, auctor timet, ne ille prae ista partium dispositione artificium in universae tabulae rationibus captatum neglecturus sit. Verbis *τῶι μηθὲν*[1]) *ἀγνοοῦντι* ipsum poetam designari, qui ne lectoris imperitia ipsi crimini detur caveat, consentaneum est. — V. 12 *ἀνάθεμα* et *ἄνθεμα*, qua forma Moschio carminis tertii v. 1 usus est, iam a Theocrito [Ep. 13, 2] et Callimacho [Ep. 2], saepius in Anthologia graeca usurpantur.[2]) Verba vero *Κοίρανος δέδορκεν* spectare nisi ad Osiridem non possunt, qui Moschionis votum benignis oculis respexerit et acceperit. Qualis notionis *Κοίρανος* absolute ad deum designandum adhibiti usus mihi quidem aliunde notus non est; nisi conferri potest, quod in Christianorum scripturis sacris vox *κύριος* similiter usurpatur. Pariter verbum *δέδορκεν* explicatur comparato loco LXX Gen. IV, 4: *καὶ ἐπεῖδεν ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ*: etiam apud poetas antiquiores vox *ἐφορᾶν* quamvis diversa notione maxime de deis praedicari solet veluti *Ἠέλιος ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷ* Hom. λ 109. (*Ζεὺς*) *ἀνθρώπους ἐφορᾷ καὶ τίνυται ὅστις ἁμάρτῃ* ib. ν 214, etc. — V. 13 *καρπός* praemium est pedis a deo sanati. Quod versus ultimi pars posterior

[1]) De forma *μηθείς* pluribus egerunt Buttmann, *Ausführl. griech. Gramm.* I p. 276 (ed. 2), Ahrens Dial. I p. 44, R. Kühner, *Ausführl. Gramm. d. griech. Sprache* I p. 487, 1 (ed. 2), Göttling ad Aristot. pol. p 278; Lobeck Phryn. p. 181; Franz Elem. epigraph. graec. n. 74. 79; Dindorf Thesaurus V, p. 963.

[2]) Cum *ἄνθεμα* cf. etiam forma *ἄνθετο* [Anthol. Pal. VI, 87, 1. 337, 1. XVI, 239, 1].

deleta est, sane dolemus, quoniam certe restitui nullo modo potest. Nam etiamsi hac clausula quod v. 9 fingebatur opprobrium iam in plausum lectoris verti constet, tamen num poetae ingenium an pietas modusve voti solvendi lectoris adsensu comprobetur, non liquet. Ceterum littera **O**, quae videtur post **ЄΜΟΙ** incisa esse, propter hiatum ferri vix potest, potius **Θ** legendum atque vocabuli *ϑεός* vel *ϑεῖος* forma aliqua agnoscenda est.

B.

(in media tabula sub carmine demotico incisum).

Μ *Μή με ϑαυμάσῃς, εἰ πολύχωρος οὖσ᾽ ἄδηλον*
Ο *ὄμμασιν φέρω φαντασίην· ῥὐ δύναται γὰρ*
C *στοιχεῖά τις εὔγνωστα τιϑεὶς μὴ οὐκ ἀποκρύψαι*
Χ *χώρην, ἵνα τῶι ϑέλοντι καὶ πλάνην παράσχῃ.*
Ι *ἵνα δὲ μὴ μακρὴν κεῖσ᾽ ἄπορον τράπῃς ἀταρπόν,*
ω *ὡς ἂν ἰσαρίϑμων Πιερίσιν στίχων κατάσχῃς*
Ν *νοῦν, ἀποκνίσας εὐξύνετον γράμμ᾽ ἀφ᾽ ἑκάστου,*
Ο *ὅρμησον ἐφ᾽ ἣν τέϑεικε χειραγωγὸν ἀρχήν·*
C *σημανεῖ γάρ, εἰ πύϑοιο, κἢν ὀρϑὸν ἔχῃς νοῦν.*

»Noli me mirari, si locorum varietate abundans occultam oculis speciem prae me fero; nam qui litteras facile perspicuas disponit, non potest quin campum occultet, quo etiam ambages praebeat (quaerere) volenti. Ne autem longam illuc incas semitam impeditam: ut versuum, qui Pieridum numerum aequant, sensum intellegas, ab singulis versibus singulis litteris intellectu manifestis abscissis procede ad habile principium quale condidit. Nam id ostendet, si quaeras, num recto sis praeditus ingenio.«

Loquitur ipsa tabula *πολύχωρος*, quae quidem quadris multifariam dividatur. Acrosticho autem **ΜΟCΧΙωΝΟC**, cuius nominis litterae in versuum principiis bis scriptae sunt, auctor aenigmatis solutionem faciliorem reddere voluit. Eo enim expedito lector et nomen cognoscet et de litteris arte dispositis agi intelleget. — V. 3 *στοιχεῖα τιϑείς* i. e. litteras ita componens et distribuens ut supra in area. — Vs. 6. 7 quomodo novum acrostichi artificium, quo ad ipsam aream via praeparatur,

expediendum sit, praescribitur. *Στίχοι* enim novem carminis versus sunt eorumque *νοῦς* acrostichon; *γράμμα* autem primum quia repetitum est *εὐξύνετον* nominatur. Novenarius numerus verbis *ἰσαρίθμων Πιέρισιν* exprimitur pariter atque in epigrammate Kaibelii n. 686, ubi ex editoris interpretatione de carmine novem versuum et ipso praedicatur

Πιερίδων Μουσῶν ἰσαρίθμιός ἐστιν ὁ μάρτυς.

Ceterum noti sunt novem Herodoti libri pariterque Aeschinis [1], epistolae novem Musarum, eiusdem tres orationes Gratiarum nominibus distinctae.

C.

(in media tabula infimo loco incisum).

Δέρκομαι εὐχωλῆς πινυτόφρονος ἄνθεμα τερπνόν,
δέρκομαι, εὐσεβίη τ᾿ οὔ με παρετρόχασεν·
ἀνθ᾿ ὧν τιμήεντα λαχὼν εὔελπιν ἔπαινον
ἐκ φρενὸς ἡμετέρης γηθόσυνος κόμισαι.

»Respicio iucundum ingeniosi voti donarium, respicio, nec me praeteriit pietas: pro quibus honorificam bonaeque spei laudem adeptus nostra ex sententia laetus accipe.«

Quis haec loquatur, verbis *δέρκομαι ἄνθεμα* relatis ad illa supra *A* v. 12 prolata: *ἀνάθεμα εὐμενῶς ὡς Κοίρανος δέδορκεν* apparet. *Κοίρανον* enim ipsum Osiridem voti praemium sibi tribuentem auctor fingit. Quale Osiridis responsum eleganter medii lapidis infimo loco positum est. Quod autem tali modo dei ipsius responsa in titulo praeoccupata perscribuntur, licet a Graecorum more abhorreat: at in epigrammatis aegyptiis itemque in Hebraeorum psalmis nihil est sollemnius, quam quod deus cum homine precante vel dedicante sermocinatus introducitur [2]. Ceterum epigrammata graeca complura ita coniuncta, ut alterum ad alterum tamquam responsum et probatio respiciat, saepius comparent [3]. — V. 2 *πα-*

[1] Phot. bibl. cod. LXI.

[2] Conferri aliquo modo potest C. I. L. VI 731 *L. Fl. Hermadion hoc mihi lubens donum dedit.*

[3] cf. Anthol. Pal. IX n. 5, 6. 17, 18. 387—389. Stephani tituli graeci V, 17. C. I. L. VI 520.

ῥατροχάζειν eodem sensu atque hoc loco adhibitum Anth. Pal. IX, 372, 4 [1]) legitur: nisi quod ibi non *παρατροχάζει τινά τι*, sed *παρατροχάζει τίς τι* construitur.

Itaque Moschio cum tabella confecta et acrosticho addito artificem se praestitit, tum variandi studium ita monstravit, ut carmina tria et a tribus diversis personis prolata fingeret et aliud alio metro componeret. Metra autem ipsa quoque auctoris ingenii testimonium edunt. Nam cum versus carminis *A* qui hominis interpretis sunt, maxime vulgari tetrametrorum iambicorum catalecticorum metro concepti sint, deus *(C)* sollemni epigrammatis dactylici utitur metro disticho. Quod autem a tabula artificiose confecta profertur carmen *B* Sotadeos scite eleganterque compositos exhibet versus. Qui ad hoc schema sunt conditi:

– ◡ – ◡ – ‖ – ◡ ◡ | – ◡ – ◡ – ◡
– ◡ – ◡ – ‖ – ◡ ◡ – | – ◡ ◡ – –
– – ◡ ◡ – ‖ – ◡ ◡ – | – ◡ ◡ – –
– – ◡ ◡ – ‖ ◡ – ◡ | – | ◡ – ◡ – –
◡◡ ◡ – ◡ – ‖ – ◡ ◡ – | ◡ – ◡ – ◡
– ◡ ◡◡ ◡ – ‖ – ◡ ◡ – | ◡ – ◡ – –
– ◡ – ◡ – ‖ – ◡ ◡ – | – ◡ ◡ – –
– – ◡ ◡ – ‖ ◡ – ◡ | – | ◡ – ◡ – –
– ◡ – ◡ – ‖ ◡ – ◡ | – | – ◡ ◡ – –

Apparet versus maxime puros esse: neque enim molossus pro ionico a maiori neque septem morarum figura [– ◡ – – aut – – ◡ –] invenitur: trochaei syllaba longa bis dissolvitur vs. 5 et 6. Quod vero ad ionicorum et ditrochaeorum distributionem attinet, in versuum singulorum parte priore maior horum numerus, in posteriore illorum adhibitus est: versus tertius solus tres continet ionicos puros. Iam vero quamvis diligenter versus facti sint, in fine secundi pedis quam expectamus desideratur diaeresis [2]); quater tantum admissa est: v. 1 in voce composita,

1) *Ἀλλ᾽ οὐ μὰν λεπταῖσιν ἐπαιάζοντα ποδίστραις*
τὰν φιλαοιδὸν ἰδὼν παῖδα παρετρόχασα.

2) v. Hermann, Elem. doct. metr. p. 451.

vs. 4. 8. 9. Ex contrario autem omnes novem versus caesuram penthemimeren (v. 3 in voce composita) exhibent. Quam versus Sotadei formationem Moschioni nostro soli non deberi versibus duodecim non minus eleganter atque ad eandem caesurae normam a Luciano [1]) compositis demonstratur. Nam ex eis ipsis quoque quinque tantum diaeresin habent; unus autem, qui legi quam Moschio observavit obstat, versus 116 [Hermann l. l. v. 80]:

οὐδ᾽ ὠμὰ λακιστὰ κρέα σιτούμεθα ταύρων

caesura quam desideramus adornatur, si transpositis verbis λακιστὰ κρέα scribimus:

οὐδ᾽ ὠμὰ κρέα || λακιστὰ σιτούμεθα ταύρων,

id quod eo quoque commendatur quod mensura pedis alterius codicibus tradita – – ⏑ – offendimur a Luciano in hoc solo versu adhibita. Praeter hanc vero caesuram necessariam penthemimeren et in Moschionis et in Luciani versibus post primam pedis tertii syllabam incisio ita praefertur, ut in novem Moschionis versibus semel [in versu 1], in duodecim Luciani ter [vs. 113. 116. 124] absit. Iam vero quaestio illa, quatenus regulas a Moschione et Luciano observatas ipse huius generis versuum inventor statuerit, Meinekii [2]) iudicio incerta redditur, cui versus Sotadei a Stobaeo traditi, sive dialectum sive dictionem sive sententiam spectes, videntur ceteris, quos Athenaeus servavit, Sotadis versibus non similiores quam insulsae istae quae Anacreontis nomen mentiuntur cantiunculae veris et genuinis Anacreonticorum carminum reliquiis. Qua de causa nunc quidem accuratius ea de re quaerere supersedeo: tantum addere liceat in versibus Sotadis 28—35 [Hermann. l. l. p. 446] et penthemimeren et pedis tertii incisionem constanter inveniri.

In ultimum locum quaestionem de Moschionis tituli aetate distulimus. Ac primum quidem inscriptionibus demoticis terminum alterum, quo aetas circumscribatur, habemus. Nam cum scripturam demoticam tertio p. Ch. saeculo recepta scrip-

---

[1]) Tragodopodagra v. 113—124; v. Hermann l. l. p. 448, v. 77—88.
[2]) Anal. Alexandr. p. 246.

tura coptica obsolevisse constet [1]), titulum recentioris aetatis esse non posse apparet. Quoniam auctor natione Aegyptius idemque litteris graecis satis eruditus fuisse videtur, ex iota muto constanter addito non magis quicquam certi concludi potest quam ex scripturis *παῦλλα* et *μελίρυτος* aut ex formis epicis *φυτουργίης*, *πανουργίης*, *φαντασίην*, *εὐσεβίη*, *χώρην*, *μακρήν*, *ἡμετέρης* — semel legitur *θείας* *A* 13 — usurpatis. De Sotadei versus legibus, quas Moschionem observasse docuimus, quamquam nihil certi exploratum est, id quidem patet Moschionem propius a Luciani aetate quam a Sotadis eiusque imitatoris abesse. Sive autem dictionem sive doctrinam auctoris spectas, nihil obstat, quominus eum non procul abesse a Luciani ipsius aetate dicamus.

II.

C. I. G. 4720 coll. Add. III p. 1200. Kaibel n. 987. Lepsius VI tab. 101, Gr. 592. Ectypum contuli.

Lepsii apographo pariterque ectypo non exhiberi nisi versuum principia iam Mommsenus notat C. I. L. III, 1 p. 11 n. 37.

III.

C. I. G. 4721 coll. Add. III p. 1200 sq. Kaibel n. 995. Lepsius VI tab. 78, Gr. 86. Ectypum vidi.

ΦΟΥΝΕΙϹΟΥΛΑΝΟϹΕΝΘΑΔΕΙ ΕΙϹΙΟϹ
ϹΤΡΑΤΗΓΟϹΕΡΜΩΝΘΙΟϹΤΕ ΛΑΤΩΝΠΑΤΡΗϹ
ΑΓΩΝΔΑΜΑΡΤΑΦΟΥΛΒΙΑΝΑΚ ΟΕΝ
ϹΟΥΜΕΜΝΟΝΗΧΗϹΑΝΤΟϹΗΙ ΜΗΤΗΡ
ΗϹΗΧΥΘΕΙϹΑϹΟΝΔΕΜΑϹΑΠ ΦΕΙ
ΘΥϹΑϹΔΕΚΑΙϹΠΕΙϹΑϹΤΕΚΑΡΠ
ΤΟΥΤΑΥΤΟϹΗΥΤΗϹΕΝΕΙϹϹΕ
ΛΑΛΟΝΜΕΝΑΡΓΩΠΑΙϹΕ
ΛΑΛΟΝΔΕΦΗΓΟΝΤΗΝΔΙΟ
ϹΕΔΑΥΤΟΝΟϹϹΟΙϹΜΟΥΝΟΝΕΔΡ
ΩϹΑΥΤΟϹΗΧΕΙϹΚΑΙΒΟΗΝΤΙΝ
ΤΟΥΤΟΝΔΕϹΟΙΧΑΡΑΞΕΤΟΝϹΤΙΧΟ
ΟϹΕΙΠΕΤΑΥΤΩΦΙΛΤΑΤΟϹΤ

[1]) v. H. Brugsch, *Grammaire démotique* p. 4. M. G. Schwartze, *Kopt. Gramm.*, ed. H. Steinthal, p. 1 sq.

Φουνεισουλανὸς ἐνθαδε[ὶ Χαρ]είσιος
στρατηγὸς Ἑρμώνθιός τε [καὶ] Λάτων πάτρης
ἄγων δάμαρτα Φουλβίαν ἀκ[ήκ]οεν
σοῦ, Μέμνον, ἠχήσαντος, ἥ[νίχ᾽ ἡ] μήτηρ
ἡ σὴ χυθεῖσα σὸν δέμας απ–⏑φει·
θύσας δὲ καὶ σπείσας τε κἂρ[τί σου κλύων
τοῦτ᾽ αὐτὸς ἠύτησεν εἰς σέ[θεν κλέος·
  λάλον μὲν Ἀργὼ παῖς ἐ[ὼν ἐγὼ ᾽μάθον,
  λάλον δὲ φηγὸν τὴν Διὸ[ς Πελασγικοῦ,
  σὲ δ᾽ αὐτὸν ὅσσοις μοῦνον ἐδρ[άκην ἐμοῖς,
  ὡς αὐτὸς ἠχεῖς καὶ βοήν τιν᾽ [ἐκχέεις·
τοῦτον δέ σοι χάραξε τὸν στίχο[ν ⏑ –
ὃς εἶπετ᾽ αὐτῷ φίλτατος τ[⏑ – ⏑ –.

Totius inscriptionis apographo repetito et quale fuerit lacunae spatium apparet, et emendationes quas viri docti Bailii apographo usi temptaverunt removentur. V. 2 in voce **ЄΡΜѠΝΘΙ°C** littera **O** minor ceteris propterea videtur supra versum exarata esse, quod *Ἑρμώνθιος* inter pronuntiandum trisyllabum est. — V. 3 *ἀνήλυθεν* Kaibelii supplementum vestigia tradita respuunt. Letronnii vero lectione *ἀκήκοεν* recepta ad genetivum *σοῦ ἠχήσαντος* explicandum non opus est praepositione *ἕνεκα* quam v. 4 Bailius suum secutus apographum reposuit. Versum 4 autem iam Franz coniectura *ἡνίχ᾽ ἡ μήτηρ* probabiliter suppleverat. Nam Ellis (Herm. XIV p. 260) cum *ἡ μήτηρ ἵνα* — scribendum proponeret, immemor fuit lacunam ante vocem *μήτηρ* notatam esse.

V. 5 et Letronnii lectio *ἀπορροῇ στέφει* et Grotefendi *ἀπαυγῇ στέφει* spatium supplemento in ectypo relictum excedunt; videntur enim non amplius quam 4—5 litterae intercidisse. Wilamowitzius coniecit *ἀμφ᾽ Ἠὼς στέφει*: qua coniectura non declaratur, qua re Memnonis figura coronetur. Similiter peccavit Ellis cum l. l. *δέμας περιστέφει* scribi vellet. Ipse cum probabiliter versum restituere servatis litteris **ΑΠ....ΦЄΙ** certo traditis nequeam, lacunam notasse satis habui.

V. 6 Kaibel *θύσας δὲ* male mutavit in *θύσας τε*; coniectura *καὶ κλύων σαφῶς* quamvis sententiam versus bene assecutus esse videatur, Bailii commento litteras **ѠC** in fine versus

tradentis falsus est. Coniunctio *καί* quae propter *τε* antecedens desideratur nullo negotio ex litteris ΚΑΡΤ servatis elicitur, si rescribimus *κἀρτί σου κλύων*. — V. 7 lectio *εἰς σεῖο κλέος* solo Bailii apographo nititur. — V. 12 *στίχων* a Kaibelio receptum ferri nequit, quoniam CTIXO certe traditur. — V. 13, qualem Kaibel et Wilamowitz restituerunt *ὅσ' εἶπες αὐτῷ, φίλτατος, τελῶν πάλιν*, ad sensum bene quadraret: modo ne ΕΙΠΕC, quod a solo Bailio traditur, ectypo reiceretur. Scripsi *ὅς εἶπετ' αὐτῷ φίλτατος τ[υχὼν ἀεί?]*: ut post *στίχον* nomen supplendum sit comitis Charisii qui carmen insculpsit.

IV.

C. I. G. 4723 coll. Add. III p. 1201. Kaibel n. 996. Lepsius VI tab. 76, Gr. 64. Ectypum contuli.

v. 1. ΚΕΚΕΡ | ΚΕΛΕΡ. v. 3. ΧΩΜΙΤΩΝ | ΧΩΜΑΤΩΝ. v. 4. ΠΑΡΗΝ | ΠΑΡΗΝ. mox ΠΡΟCΚΥΝΗCωΛΙΑΛ | ΠΡΟCΚΥΝΗCωΝΔΝ..Λ. v. 5. Salt ΕΞΕΦΘΕΓCΑΤΟ, Bailius ΕΞΕΦΘΕΝΞΑΤΟ | ΕΞΕΦΘΕΓΞΔΤΟ. v. 6. ΑΠΗΕΙ | ΑΠΗΕΙ. mox ΠΑΛΙΝΠΑΡΗΝ | ΠΑΛΙΝΠΑΡΗΝ. Littera Α in ectypo non cernitur. v. 9. LΖΑΔΡΙΑΝΟΥΚΑΙC | LΖΑΔΡΙΑΝΟΥΚΑΙC, et sic ectypum nisi quod altera littera ⇌ apparet. In fine est ΕΠΙΦΓΩΡΑΝΑ.

De lectionibus v. 3 *χωμάτων* pro *κωμητῶν*, quod Franz primitus dederat, et *προσκυνήσων ἅμα* pro *προσκυνήσων λίαν*, ut Bailius legit, traditis iam dubitari non potest. — V. 5 apud Kaibelium *ἐξεφθέγξατο* corrigendum est. — V. 9 *ἐπὶφ γ̄ ὥραν ᾱ* traditur, qui dies est mensis Iunii duodetricesimus: ad designandam horam, qua Memnon audiebatur, accusativus hoc solo loco adhibetur. — Ellis cum malos Celeris versus emendaret [1], non consideravit carmen integrum traditum esse.

V.
Balbillae epigrammata.

Carmina Kaib. n. 988—992 et ipso dicendi genere et tempore, quo incisa sunt, omnia eundem auctorem profitentur,

[1] Hermes XIV p. 260.

cuius nomen (Balbillae) in n. 988. 990. 991 diserte indicatur. Duae horum carminum partes certo modo discerni possunt: alteram enim numeri 989—992 comprehendunt, quibus Hadriani imperatoris et Sabinae uxoris eius, qui Memnonem audiverint, mentio fit; alteram numerus 988, quo solam Balbillam Memnonem audivisse narratur. Iure igitur Kaibel n. 988 ex reliquorum carminum ordine sepositum primo loco collocavit. Carmina autem 989—992 cum editorum alius aliter composuerit, primum, quomodo certo ordine collocanda sint, anquiremus. Cuius rei omne argumentum ex carminum in lapide dispositione pendet.

Atque Lepsius quidem tabulam, quae titulorum in Memnonis statua incisorum locos explicaret, non adiecit. Ex eius apographo id tantum cognoscitur n. 989—992 eadem manu, n. 988 altera insculptos esse, unde confirmatur quod huic titulo proprium locum vindicandum esse vidimus. Quo gratius fecit Letronnius, quod omnes titulos, quos a L'Hôtio acceperat, eodem quo in lapide incisi sunt ordine collocandos curavit in tabularum volumine corpori inscriptionum aegyptiacarum addito. Illic vero in tab. XXXV et XXXVI numeri 22—25 [Kaib. n. 989—992] per duas columnas ita dispositi sunt, ut in columna sinistra primum n. 22 [Kaib. n. 990], deinde infra eum n. 25 [Kaib. n. 992], in columna dextera autem primum n. 23 [Kaib. n. 991] infra eum n. 24 [Kaib. n. 989] exarati sint. In columna sinistra iam exstat sub n. 25 [Kaib. n. 992] titulus C. I. G. 4734 multo maioribus litteris aliaque manu exaratus.

Quibus expositis apparet primo n. 990 incisum esse, deinde n. 992, tum n. 991, postremo n. 989. Porro quod Letronnius animadvertit carmen 992 non integrum esse, iam videmus id numero 991 ita excipi, ut ambo unum carmen efficiant. Nam lapicida cum titulo C. I. G. 4734, quem antiquioris aetatis esse nihil obstat quin coniciamus, impediretur, quominus omnes duodeviginti versus n. 992 et n. 991 in eadem columna insculperet, ad latus dexterum novam columnam exarare coepit. Idem certius ipso argumento probatur de quo infra videbimus.

Iam quo tempore carmina tria, n. 990, n. 992 + 991, n. 989, concepta sint, titulis pedestri sermone insculptis explicatur.

Ac primum quidem cum Hadrianus Memnonem audivisset, Iulia Balbilla carmen 990 composuit; tum verbis ὅτε σὺν τῇ Σεβαστῇ Σαβείνῃι ἐγενόμην παρὰ τῷ Μέμνονι [v. n. 992] docemur una cum Sabina poetriam ad Memnonem venisse. Denique numero 989, cum Hadriani uxor Memnonis audiendi causa primum adesset, statuam non sonuisse comperimus.

De n. 988 nullum indicium habemus, eademne occasione atque n. 989—992 an antea an postea incisum sit. Similiter autem ac Balbilla etiam Sabina Augusta quod n. 989 narratur peculiari quoque titulo insculpi iussit (v. C. I. G. n. 4728).

A.

C. I. G. 4725 coll. Add. III p. 1201. Kaibel n. 990. Lepsius VI tab. 80 Gr. 110. Ectypum contuli.

In omnibus Balbillae carminibus formae **Μ** et **Θ** constanter, forma **Π** saepius quam **Π** adhibentur. — v. 5 **ΦΩΝΗΝ**] **ΦΩΝΗΝ**. — v. 7 **ΧΑΙΡΗΝ** sic ectypum, **ΧΑΙΡΗΝ** apographum. In fine **ΩϹΔΥΝΟΤΟΝ**] **ΩϹΔΥΝ ΤΟΝ**; in ectypo **ΔΥΝΑΤΟΝ** dilucide cernitur. — v. 8 **ΤΙΙΑΝ**] **ΤΙΤΑ Ν**. — v. 9 **ΝΙϹΚΙΑΙ**] **ΝΙϹΚΙΑΙ**; in ectypo **ЄΜΙϹΚΙΑΙ** certo legere mihi videor. — v. 12 **ΑΔΡΙΑΝΟϹ ΛΙϹ**] **ΑΔΡΙΑΝΟϹΤΟΤΑΛΙϹ**. — v. 13 **ΜЄΜΝΟΝΑΚΑΝϹΤΑΛΑΙ ΚΑΛΛΙΠЄΝΟΨΙΓΟΝΟΙϹ**. — v. 14 **ϹΑΜΑΙΝΟ ΤΑ**] **ϹΑΜΑΙΝΟΝΤΑ**. — v. 15 **ΔЄΓЄ Τ**] **ΔЄΓЄΝΤ**. Litterae in vs. 12–15 a Lepsio punctis expressae in ectypo non apparent.

V. 1 Bailius **ΒΑΛΒΙΛΛΗϹ** et v. 2 extr. **ΜЄΜΝΟΝΟϹ** tradidit; sed Saltium et L'Hôtium recte legisse **ΒΑΛΛΙΛΛΗϹ** et **ΜЄΜΝΟϹ** Lepsii apographum testatur. Cum poetria alibi Βάλβιλλα [988, 1. 991, 10 etc. recte audiat, in forma **ΒΑΛΛΙΛΛΗϹ** non tam de assimilatione litterae **Β** quam de lapicidae errore videtur cogitandum esse, praesertim cum idem **ΜЄΜΝΟϹ** pro **ΜЄΜΝΟΝΟϹ** et v. 5 **ΘΗΒΑΙΧΩ** pro Θηβαΐκω perperam admiserit. — V. 7 cum omnes **ΔΥΝΟΤΟΝ** dederint, ad ectypi fidem forma vulgaris δύνατον restituenda est. —

V. 9 initio praeter Lepsium etiam Pocockius[1]) Saltius L'Hôtius ante vocem *σκίαι* litteram I praebent. Sed Balbillam contra metrum *ἔνι σκίαι* scripsisse verisimile non est; potius ex ectypo probari videtur lapicidam hoc loco leviter erravisse atque simpliciter *ἐν σκίαι* scribendum esse. — V. 12 *Ἀδρίανος τοσάκις δ' ἀσπάσσατο* quae Letronnius reposuit pedestrem sermonem redolent. Bailii correctionem *Ἀδρίανος χάρε· δὶς δ' ἀσπάσσατο* iam Kaibel merito explosit; qui quod ipse cum Wilamowitzio dedit: *Ἀ. χήραις δ' ἀσπάσσατο*, etiamsi optimum sensum reddat, formam *χήραις* vix cuiquam commendare potuerit. Veram autem lectionem *Ἀδρίανος τότ' ἄλις δ' ἀσπ.* pridem Heffterus invenerat[2]). — V. 13 Letronnius Franzius Kaibel Ellis[3]) quamvis diverso modo restituere conati omnes tamen praeter Hadrianum novum subiectum Balbillam in periodum invexerunt. Sed hic quoque Heffterus[4]) cum Boissonadio ductus tum traditos omnium optime transcripsit, cum proponeret: *κὰν στάλαις ἃ κάμεν ὀψιγόνοις*. Nam vera lectio est: *κὰν στάλαι κάλλιπεν ὀψιγόνοις γρόππατα*, quibus in verbis *στάλα* Memnonis columnam significat. Cetera optime ad sententiam quadrant. — V. 14 ЄΥΓΙΔЄ, quod Bailius tradidit transcripsitque *εὔϝιδε*, Kaibel iure aspernatus est. Etiam forma *δᾶλον* v. 15 pro *δῆλον* Bailii commento debetur.

[1]) In Kaibelii adnotatione corrigendum est: 6. ⁻I..ICKIAI Pococke.

[2]) v. Letronne, *Rec.* II p. 354.

[3]) v. Hermes XIV p. 260: *κὰνεχάραξ' ὑμνοπόλοισι πόνοις* cet.

[4]) v. Letronne l. l.

B.

C. I. G. 4731. 4730 coll. Add. III p. 1202 sq. Kaibel n. 992. 991. Lepsius VI tab. 80 Gr. 111. 107. Ectypa vidi.

ΟΤΕϹΥΝΤΗϹΕΒΑϹΤΗϹΑΒΕΙΝΗ
ΙΕΓΕΝΟΜΗΝΠΑΡΑΤωΜΕΜΝΟΝΙ
ΑΥωϹΚΑΙΓΕΡΑΡωΜΕΜΝΟΝΠΑΙΤΙΘωΝΟΙΟ
ΘΗΒΑΑϹΘΑϹϹωΝΑΝΤΑΔΙΟϹΠΟΛΙΟϹ
ΗΑΜΕΝωΘΒΑϹΙΛΕΥΑΙΓΥΠΤΙΕΤωϹΕΝΕΠΟΙϹΙΝ
ΙΡΗΕϹΜΥΘωΝΤωΝΠΑΛΑωΝΙΔΡΙΕϹ
ΧΑΙΡΕΚΑΙΑΥΔΑϹΑΙϹΠΡΟΦΡωΝΑϹΠΑϹΑ.Ο.....Ν
ΤΑΝϹΕΜΝΑΝΛΛΟΧΟΝ ΚΟΙΡΑΝωΑΔ ΡΙ ΛΝω
ΓΛωϹϹΑΝΜΕΝΤΟΙΤΜΑΞΕΚΑΙωΛΤΑΡΑ.Β Λ.ΡϹΑΝΗ.
ΚΑΜΒΥϹΑΙϹΑΘΕΟϹΤΟ ..ΑΥΓ/ωΟΛΛ
ΔωΚΕΝΤΟΙΠΟΙΝΑΝΤωϹω:Ϲ.Ϲ..ΟΙΝ.ΛΙϹ
ΤωΝΗΛΑϹΑΠΙΝΚΛΤΤΑΝΕΤΟΝΘΕΙ...
ΑΛΛΕΓωΟΥΔΟΚΙΜωΜΙϹΕΘΕΝΤΟΔ
ΨΥΧΑΝΔΑΘΑΝΑΤΑΝΛΟΙΠΟΝΕϹωϹΕ
ΕΥϹΕΒΕΕϹΓΑΡΕΜΟΙΓΕΝΕΤΑΙΗ.ΙΙΠΟΝ.ΓΑ
ΒΑΛΒΙΛΛΟϹΤΟϹΟΦΟϹΚΑΝΤΙΟΧΟϹΒ..ΙΛΕ
ΒΑΛΒΙΛΛΟϹΓΕΝΕΤΑΙϹΜΑΤΡΟϹΒΑϹΙΛΗΙΔΟϹΛΙ
ΤωΠΑΤΕΡΟϹΔΕΠΑΤΗΡΑΝΤΙΟΧΟϹΒΑϹΙΛΕΥϹ
ΚΗΝωΝΕΚΓΕΝΕΑϹΚΑΓωΛΟΧΟΝΑΙΜΑΤΟΚΑΛΟΝ
ΒΑΛΒΙΛΛΑϹΔΕΜΕΘΕΝΓΡΟΠΤΑΤΑΔΕΥϹΕΒΕ

In constituendo huius carminis contextu non tam Lepsii apographo quam ipso ectypo diu multumque manibus versato usus litteras incertas quoad dispici possent punctis exprimere atque earum quae intercidissent numerum accurate notare studui. Versuum 9—15 autem cum exitus ne ectypi quidem ope satis expedirentur, Saltii (S), Bailii (B), L'Hôtii (H), Lepsii (L) lectiones discrepantes quibus quidem adiuvaremur apponere placuit. Atque L quidem non dedit v. 7 nisi ΠΡΟΦΡΩΝΑϹ atque v. 8 ΜΟΧϹΙΝ//.. ΑΡ ....//./ Ω. — v. 9 L. ΤΜΑΞ / ΛΙΩ ΤΛ///././ΑΝ...... — Nos quae punctis notavimus, satis incerta esse monemus.

V. 10 S ΑΘΕΟCΤΟΝΜΟΥΤωC; B ΑΘΕΟCΤ ΟΜΟΙ.CωC; H ΑΘΕΟCΤΟИ; L ΑΘΕΟC/// ΤΛΙΡΜΑΥ ΓΛΜΟΜΛ/////////. Quae lectiones si cum ectypo conferuntur, primum quidem de litteris ΤΟ dubitari nequit, quamquam pro Ο Lepsio potius Λ apparuit. Iam qui sequuntur ductus, S Ν, H И, L ΙΡ interpretati sunt, B omnino omisit: ubi quod L dedit ΙΡ licet ad ectypi vestigia evanida proxime accedat, vereor tamen ne littera Ρ fortuita lapidis fractura effecta sit, ut recte cum Saltio Ν legatur. Neque vero minus quae deinde traduntur litterae SB ΜΟ, L ΜΑ dubiae sunt: ex quibus Ο ectypo refellitur; pro ΜΑ autem aequo iure etiam ΛΑ vel ΧΑ vel ΚΆ agnoscere nobis videmur. LS Υ certum; fere certum L Γ pro quo S Τ exhibet. Sequentem litteram B C, L Λ dederunt: in ectypo mihi quidem nihil apparuit nisi linea obliqua. Proxima SB Ш probabilior est quam L Μ.

V. 11 S CШΟΙΚ, quibus B Τ addidit; L CШΠШΞΛΕ ΛΟΙΝΤ ΝΙC////. In ectypo post CШ non tam Ο vel Π quam Τ apparet; proximam num recte L Ш legerit, ex ectypo diiudicari non potest. B Τ falso notavit: signo quod L Ε descripsit fortasse littera C subest. L ΛΕΑ ectypo vix defenditur.

V. 12 S ΚΑΙΤΟΝ, B ΚΑΙΤΟΝ--Ε; L ΚΛΤΤΛΙΕΤΟΝ ΕΕΙ///////.////. ΚΛ an ΚΑ, ΙΤ an ΤΤ cum dubium sit, proxima SBΟ reicitur ectypo. Ex eis autem quos deinde tradidit L ductibus Ν pars litterae Μ esse nequit.

V. 14 S ΛΟΙΤΙΟCCШC?; L ΛΟΙΠΟΝΕCШCΕ; equidem ectypo examinato vix dubitaverim ΛΟΙΤΟΝ in lapide esse. Pro S C?, L CΕ in ectypo Ο legere mihi visus sum.

V. 15 SB ΓΕΝΕΤΑΙCΕ: L ΓΕΝΕΤΑΙΙΤΙΙΠΙΥΟΙΙ/// //////// , certe in SB CΕ falso videtur descriptum esse.

V. 16 L ΑΝΤΙΟΧΟCΤ///. — V. 17 in fine ΛΙ, pro quibus S ΚΑΛCΙ, B ΑΚΛ tradiderunt, Lepsiano apographo addidi.

V. 20 S ΓΡΟΙΤΤΛΤΑ ΔΕΥΟΟ ΤΕ: H ΓΡΟΠΠΑΤΑΛΕΥCΕ; L ΓΡΟΠΠΑΤΑΔΕΓΟΕ ΕΗ: Bailii lectionem quam supra expressi veram esse repperi.

Ὅτε σὺν τῇ Σεβαστῇ Σαβείνῃ
ἐγενόμην παρὰ τῷ Μέμνονι.

Αὔως καὶ γεράρω, Μέμνον, πάι Τιθώνοιο
Θηβάας θάσσων ἄντα Δίος πόλιος,
ἢ Ἀμένωθ, βασίλευ Αἰγύπτιε, τὼς ἐνέποισιν
ἴρηες μύθων τῶν παλάων ἴδριες,
χαῖρε καὶ αὐδάσαις πρόφρων ἀσπάσδ[ε]ο [καὔτα]ν
τὰν σέμναν [ἄ]λοχον κοιράνω Ἀδρι[ά]νω.
Γλῶσσαν μέν τοι τμᾶξε καὶ ὤ[α]τ[α] [βάρ]β[αρος] ἄνη[ρ],
Καμβύσαις ἄθεος - - - - - - -
δῶκέν τοι ποίναν τῷ σῷ (πόνω ἄορί τ' αὔτος,)
τῷ 'νήλασ' Ἆπιν, (κάτθανε θεινόμενος).
Ἀλλ' ἔγω οὐ δοκίμωμι σέθεν τόδ[ε πνεῦμ' ἀπόλεσθαι·
ψύχαν δ' ἀθανάταν λοῖπον ἔσωσε [δέμας.
Εὐσέβεες γάρ ἔμοι γένεται (σέθεν ἔκλυον αὔδας)
Βάλβιλλός τ' ὀ σόφος κἀντίοχος β[ασ]ίλε[υς·
Βάλβιλλος γενέταις μᾶτρος βασιλήιδος [ἄκμας·
τῶ πάτερος δὲ πάτηρ Ἀντίοχος βασίλευς.
Κήνων ἐκ γενέας κἄγω 'λόχον αἶμα τὸ κάλον·
Βαλβίλλας δ' ἔμεθεν γρόπτα τάδ' εὐσέβε[ος.

Carmina Kaib. n. 992 et 991 in unum iungenda esse ex certo ipsius loci quo in lapide posita sunt indicio supra demonstratum est. Videbimus autem argumenta quoque eorum optime consentire. Atque nomen auctoris quod initio n. 992 interiisse Letronnius et Franzius censuerunt, non tam illud quidem epigrammate 990 quod proxime antecedit quam ipsa parte posteriore carminis 991 declaratur. Balbilla autem cum n. 990 iam nominata esset, v. 2 *ἐγενόμην* nomine non addito scripsit suo iure. Nec *χαῖρε* voce quam Letronnius n. 992 supplendam esse censuit, ut carmen omnino quid sibi vellet intellegeretur, iam caremus n. 991 addito: ut integrum carmen teneamus. Denique totius carminis argumentum unum est et simplex: quo Memnon appellatus exoratur, ut in Sabinae Augustae gratiam sonet, addito testimonio de ipsius poetriae quae carmen dedicatura est pietate a maioribus accepta.

De singulis haec notanda sunt. In verbis supra scriptis **ΤΗ. CΕΒΑCΤΗ**, Τω iota mutum quod Kaibel Bailii apographo confisus apposuit in lapide deest. — V. 7 pro *πρό-*

φρων ἔμε δέχνυσο, Μέμνον quod Bailius Kaibelio probavit, *πρόφρων ἀσπάσδεο* - - restituendum est. Nimirum salutare Memnonem iuberi non Balbillam ipsam, sed Sabinam *τὰν σέμναν ἄλοχον* imperatoris quam poetria etiam Kaib. n. 989, 8 *τὰν κουριδίαν ἄλοχον* Hadriani appellat versu 8 docemur; ubi quae facile restituuntur *κοιράνω Ἀδριάνω* ea pariter redeunt Kaib. n. 988, 5. Post *ἀσπάσδεο* videtur ex litterarum apicibus traditis legi posse *Μέμνον*, quod supplevit Bailius: quamquam displicet repetitum vocativo casu nomen post v. 1 sqq. Dedimus *καὔταν* quod neque a ductibus traditis nimis abhorret et aliquo modo defenditur n. 990 v. 9 sq. *κοίρανος Ἀδρίανος τότ᾽ ἄλις ἀσπάσσατο καὖτος Μέμνονα.* — V. 9 sq. Franzius cum scriberet *γλῶσσαν μέντοι ἀλεξίκακον τήρην ἐπέοικεν | Καμβύσαις δ᾽ ἄθεος τόν μοι ἔωσε λόγον* sententiam maxime obscuram reddidit. Particula *δέ* autem in pentametrum male intrusa prohibuit, ne una efficeretur sententia, qualem Kaibel vera lectione inventa *γλῶσσαν-τμᾶξε-Καμβύσαις ἄθεος* restituit. — V. 9 supplementa pro exploratis habeo. *Ὤατα* addidit poetria Persici supplicii memor; cf. Herod. III 69. 154 sq. — Quae v. 10 post *ἄθεος* agnoscuntur litterae, eas non expedio, nec propter sententiae rationem quid desideretur, satis liquet.

V. 11 sq. Franzius cum putaret praeter Memnonem mutilatum etiam alia Cambysis facinora enumerari, scripsit: *δῶκέν τοι ποίναν τῶ σῶ ὑβρίσματος ἠδ᾽ ὧν τὸν Μήνας Ἆπιν καὶ τὸν Ὄσειριν ἔδρα.* Similiter Kaibel Bailii apographo usus versus ita restituit: *δῶκέν τοι ποίναν τῶ σῶ οἰκτίρματος ἠδ᾽ ἄς | τόλμας, ἄς Ἆπιν* --- in quibus vox *οἴκτιρμα*, ne dicam ea non exprimi quod postulatur, iniurias Memnoni illatas, omnino non est linguae graecae. Praeterea Bailii commentum v. 12 ΤΟΛΜΑΣ ΑΣΑΠΙΝ, vera lectione ΤωΝΗΛΑΣΑΠΙΝ detecta reicitur. Neque hoc potissimum agitur, ut facinora Cambysis enumerentur, sed ut quaenam eius supplicia fuerint explicetur. Iam ut hoc loco Cambysis poena cum Apis mentione coniungitur, ita Herodoto auctore Aegyptii omne regis Persarum infortunium ab Api necato repetiverunt; qua re facta illum statim furere coepisse, mox eodem corporis loco quo Apem feriret gladio

vulneratum obiisse[1]. Itaque cum v. 12 appareat *ιῶν ἤλασ'* vel potius *τῷ ἐνήλασ' Ἄπιν* i. e. 'quo percussit Apem', sequi videatur *κάτθανε*, recte censere nobis videmur huic loco similem subesse de Cambysis morte narrationem qua referatur illum eodem telo quo Apem sacrum necasset ipsum vulneratum obiisse. Quam sententiam supplementis nostris exempli gratia exprimere conati ea ectypo prorsus refelli non est quod moneamus. Propius ad pentametri ductus accederet lectio talis: *ἄορι πληγεὶς | τῷ 'νήλασ' Ἄπιν κἄκτανε τὸν (σὸν?) θέραπα.*

V. 13 *σέθεν τόγε θῆον ὄλεσθαι* quae Kaibel restituit, cum a Lepsio **CЄΘЄNTOΔ** tradatur, supplementis nostris posthabenda sunt.

V. 14 Kaibel cum veram lectionem *ψύχαν δ' ἀθανάταν λοῖπον ἔσωσε [δέμας]* quam Franzius invenerat perperam reiceret, Bailii supplementum *ἄθλιε σῶσδες ἔτι* secutus scripsit *ψύχαν δ' ἀθανάταν, ἄφθιτε, σῶσδες ἄι.* Ceterum si quidem *λοῖτον* pro *λοῖπον* in lapide exaratum est, malim id lapicidae errori tribuere quam sumere Balbillam litterarum *π* et *τ* permutatione aeolica, quae in vocibus *πέμπε (πέντε)*, *πήλυι (τηλόσε)*, *σπέλλω (στέλλω)* adhibetur [v. Ahrens d. aeol. p. 41 coll. d. dor. p. 79 § 10], temere abusam esse in contrariam partem. Ad sententiam versus confer quod in carmine apud Kaib. n. 1000, 6 de Memnone praedicatur: *τοῦ λοιποῦ γῆρυν σώματος ἔντος ἔχει.* — V. 15 quomodo restituendus sit, *γάρ* particula aliquo modo indicat. Franzius quidem quod sententiarum nexum his verbis explicavit: «non puto quidquam tibi ademptum infortunio isto: nam anima immortalis vivit in corpore tuo residuo, pia sum erga te et pii fuerunt etiam maiores mei»: ipsa ea sen-

---

[1]) Her. III, 29: *ὡς δὲ ἤγαγον τὸν Ἄπιν οἱ ἱρέες, ὁ Καμβύσης οἷα ἐὼν ὑπομαργότερος, σπασάμενος τὸ ἐγχειρίδιον, ἐθέλων τύψαι τὴν γαστέρα τοῦ Ἄπιος παίει τὸν μηρόν. - - Ὁ δὲ Ἄπις πεπληγμένος τὸν μηρὸν ἔφθινε.* — ib. 30: *Καμβύσης δὲ, ὡς λέγουσι Αἰγύπτιοι, αὐτίκα διὰ τοῦτο τὸ ἀδίκημα ἐμάνη.* — ib. 64: *καί οἱ [Καμβύσῃ] ἀναθρώσκοντι ἐπὶ τὸν ἵππον τοῦ κουλεοῦ τοῦ ξίφεος ὁ μύκης ἀποπίπτει, γυμνωθὲν δὲ τὸ ξίφος παίει τὸν μηρόν. τρωματισθεὶς δὲ κατὰ τοῦτο, τῇ αὐτὸς πρότερον τὸν τῶν Αἰγυπτίων θεὸν Ἄπιν ἔπληξε κτλ.*

tentia »pia sum erga te« reliquiis horum versuum non continetur. Neque magis Wilamowitzii coniectura: *σέπτας ἀπὸ ῥίσδας* aut Kaibelii *σὲ δὲ ϝίδμεν ὄϊω* probata elucet, cur Balbilla Memnonis animam exstinctam non esse sibi persuaserit. Quodsi ad eam rem demonstrandam a Balbilla genitores ipsius citantur, eos Memnonis etiamtum spirantis et immortalis argumentum habuisse, nempe eius vocis auditae testes Balbillae exstitisse statuamus oportet: quo magis filia Memnonem sibi ipsi pietatis praemium simile non denegaturum confidit. Quam sententiam non tam Letronnii supplemento *γενέται σέ ποτ' ἠσπάζοντο* quam eo quod ipsi supra proposuimus assequimur: quamquam ipsa verba ectypo non satis comprobantur.

V. 16 *κἀντίοχος προπάτωρ* Franzio auctore Kaibel posuit: iam autem apparet idem extitisse quod in fine v. 18 *Ἀντίοχος βασίλευς*: quemadmodum etiam in reliquis poetria eisdem locutionibus repetitis delectatur (veluti e. g. *ἆχον ἴη* habemus Kaib. n. 990, 8 et 989, 4; *κοιράνω Ἀδριάνω* 988, 5. 991, 2 et *κοίρανος Ἀδρίανος* 990, 9; *ἀπὺ λίθω* 990, 2 et 988, 1 cet.). Verba *Βάλβιλλός τ' ὁ σόφος* Kaibel sine causa in *Βάλβιλλός τε σόφος* mutavit. — V. 17 Saltii lectione *γενέταις* a Lepsio firmata L'Hôtii et Bailii *γένετ' ἐκ* refellitur. In fine versus Letronnius cum ΒΑCΙΛΗΙΔΟCΑΚΜΑC restituisset, quae et Bailius et ectypum aliquo modo tuentur, hoc supplementum transcripsit *βασιλήιδος Ἄκμας*, reginam interpretatus quandam Acmam Balbilli matrem fuisse: nomen autem Acmam in Orientis regnis, quo certe rex Antiochus referendus esset, usitatum esse e Iosepho B. I. I, 32, 6 elucere. Quamquam de regina Acma neque Letronnius neque alius quisquam quidquam repperit. Ac tamen a Letronnio singulari acumine verum suppletum esse dilucide apparet ex altero carmine Balbillae Kaib. n. 989 v. 3, ubi in fine versus a Lepsio demum ΒΑCΙΛΗΙΔΟC ΑΚΜΑC certo lectum esse infra referetur. Atqui ibidem demonstrabitur vocabulum ΑΚΜΑC ne illo quidem loco de nomine proprio accipi posse. Equidem iure mihi persuasisse videor utroque loco *ἄκμας* scribendum idque cum adiectivo *βασιλήιδος* coniungendum esse, ut significetur Balbilli matrem

regiae maiestatis, i. e. regiae stirpis fuisse. Quem ad usum vocis *ἀκμή* qualis aliunde notus non est, illa Homeri conferri possunt *ἴς*, *μένος*, *βίη*, quibus hominis robur aeque atque vocabulo *ἀκμή* flos aetatis sollemniter designatur. Atque ut apud Homerum verba *ἱερὴ ἴς Τηλεμάχοιο*, *κρατερὴ ἴς Ὀδυσῆος*, *μένος Ἀλκινόοιο*, *μένος Ἕκτορος*, *βίη Ἡρακλῆος* ad Telemachi Ulixis ceterorum personas describendas valent: ita *μάτηρ βασιλήιδος ἄκμας* idem est ac *μήτηρ βασιλίσσα*; neque diverso modo Kaib. n. 989, 3 (v. infra C v. 5) *ἐράτα μόρφα βασιλήιδος ἄκμας* pro *ἐρατὴ μόρφη βασιλίσσης* dictum est, ut circumscriberetur notio *βασιλίσσα*. Verba deinde *τῶ πάτερος δὲ πάτηρ* simplicissimum est cum Mommseno (in Kaibelii adnot.) ad *μᾶτρος* quod proxime antecedat referre, ut explicetur quo iure Balbilli mater regiae stirpis fuisse dicatur.

Ceterum hunc Balbillum Letronnius et Franzius eundem esse coniecerunt qui Nerone imperante Aegyptum administrasset. Quod si verum esset, Balbilla eius filia cum etiam Hadriani aetate anno 130 p. Ch. viveret, certe annum septuagesimum excessisse putanda foret: quam aetatem isti poetriae imperatoris comiti vix quisquam tribuerit. Verum — id quod maioris momenti est — uterque homo doctus omisit Balbillum praefectum Aegypti e gente Claudia, Balbillam poetriam e gente Iulia [v. Kaib. n. 990 *Ἰουλίας Βαλβίλλας*] fuisse, ut ea pro illius Balbilli filia haberi nequeat.

V. 20 extr. Bailii lectio *γρόπτα τάδ' εὐσέβεος* non tam L'Hôtii et Lepsii quam Saltii exemplo certiusque ipso ectypo firmatur.

C.

C. I. G. 4729 coll. Add. III p. 1202. Kaibel n. 989. Lepsius VI tab. 80 Gr. 108. Ectypum contuli.

ΟΤΕΤΗΠΡωΤΗΗΜΕΡΑΟΥΚΑ
ΚΟΥCΑΜΕΝΤΟΥΜΕΜΝΟΝΟC
ΧΘΙCΛΟΝΜΕΝΜCΜΝC////CΙΓΛΙCΛΠΕΚω.ΛωΤΑ
ωC ΠΑΛΙΝΑΚΑΛΑΤΥΙΔΕCΑΒΙΝΝΑΑΝΟΔΑ
ΠΡΠΕΙΓΛΙCΕΡΑΤΑΜΟΡΦΑΒΑCΙΛΗΙΔΟCΑΚΜΑC
ΕΛΘΟΙCΑΙC.ΥΤΑΙΘΗΙΟΝΑΧΟΝΙΠ
ΜΠΚΑΙΤΟΙΒΑCΙΛΕΥCΚΟΤΕCΗΤΟΝΥΔΛΡΟΝΑΤΑ
ΤΑΝCΕΜΝΑΝΚΑΤΕΧΗCΚΟΥΡΙΔΙΑΝΑΛΟΧΟΝ
ΚωΜΕΜΝωΝΤΡΕCCΑΙCΜΕΓΑΛωΜΕΝ.CΑΔΡΙ
ΕΞΑΠΙΝΑCΑΥΔΑCΛΔΟΙΟΙCΕΧΑΡΗ

V. 1 Bailii lectio ΟΥΚΗ|ΚΟΥCΑΜΕΝ — Lepsius cum reliquis ΟΥΑ|ΚΟΥ CΑΜΕΝ — neque ectypo refellitur et vulgari sermone in his praescriptis servato commendatur. — V. 3 Lepsii apographum ΜΕ.ΜCΜΝC///Ν//ΙΓ//, in quibus altera littera Ν nescio an fallaci ductuum speciei debeatur; quod si recte agnoscitur, littera Ο quam dispicere mihi videor ferri nequit. Decimam et nonam a fine litteras ΜΙ descripsit Lepsius: pro ΑΠ vel ΛΠ etiam ΝΙ vel ΛΟ interpretari possis. Pro Κ littera subsequente haud scio an rectius Β vel Η legendum sit. In fine Lepsius ΙωΤΑ: ubi Ι ante ω in ectypo non apparet; immo aut Δ aut Α aut Λ, fortasse etiam Μ praecessisse putandum est.

V. 4 Lepsius ΑΙCΑΛΑΤΥΙΟΕΟΝΕΙΝΝΑΑΝC ,,, Α. Vocis CΑΒΙΝΝΑ littera prima C casu Ο litterae simillima evasit. In fine versus Bailius ΑΥ· ΟC exhibet: Saltii autem et L'Hôtii lectionem ΑΝΟC ectypon aliquo modo firmare videtur, quamquam in vestigiis evanidis ipse quoque ΑΝΟΔΑ legi. — V. 5 Salt ΠΡΗΕΙΓΑΡ, L'Hôte ΠΡΗ ΓΑΡ; Bailius ΠΡΗCΘΗΓΑΡ; verum ΠΡΠΕΙΓΛΙ (Lepsius ΓΑΙ) tam distincte in ectypo apparet, ut ne de una quidem littera excepta ultima, quae aliis horum carminum locis comparatis aliquo iure pro Ρ haberi possit, dubitandum sit. — V. 6 Salt ΕΧΘΟ ΙCΑΙΟ, L'Hôte ΕΧΘΟΙCΑ quibus Bailius Τ addidit: altera vocabuli littera Λ est ita formata, ut utraque linea obliqua supra angulum paululum emineat. — V. 9 in fine ΜΕΚΤCΑ-ΔΠC Lepsius: ectypum servavit quae supra exaravi.

Ὅτε τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ οὐκ ἠ-
κούσαμεν τοῦ Μέμνονος.

Χθίσδον μὲν Μ[έ]μν[ων σ]ίγαις - - - - - - -
ὡς πάλιν ἁ κάλα τυῖδε Σάβιννα - - - - -
ΠΡΠΕΙΓΛΙ σ' ἐράτα μόρφα βασιλήιδος ἄκμας·
ἐλθοίσαι σ' [α]ὔται θῆιον ἄχον ἴη,
μή καί τοι βασίλευς κοτέσῃ, τό νυ δ[ᾶ]ρον ἀτά[ρβως
τὰν σέμναν κατέχῃς κουριδίαν ἄλοχον.
Κὼ Μέμνων τρέσσαις μεγάλω μέν[ο]ς Ἀδρι[άνοιο
ἐξαπίνας αὔδασ', [ἃ] δ' ὀίοισ' ἐχάρη.

Cum carmine altero doceamur Balbillam una cum Sabina ad Memnonem venisse, ut eum audirent, his versibus eum bis adeundum fuisse comperimus, priusquam vocem mitteret. Epigrammatis vero cum pars posterior (v. 7—10) fere integra tradita esset, ipsi ab hac orsi sumus, ut inde adiuvaremur in prioris partis difficultatibus quoad fieri posset tollendis. Ac primum quidem ut singula absolvamus, v. 7 Kaibel ϝοῖ quod pro τοί Franz correxerat iure reiecit atque Saltii lectione κατέχῃς retenta his versibus Memnonem appellari intellexit. In eodem versu hiatus ab editoribus in vocabulo ὄ admissus Lepsii apographo emendatur: in ectypo quoque τό dilucide apparet. Quo minus in fine versus supplementum Letronnii ὀνία ferri potest, quoniam in protasi subiecti vice Memnon fungitur voce κατέχῃς indicatus: Kaibel vero quod coniecit ἀπεῦσαν litteris ΑΤΑ certo traditis refutatur. Equidem ἀτάρβως dedi, quod adverbium vocabulo sequente τρέσσαις commendatur. — V. 9 μεγάλω a Lepsio recte tradito Saltii lectio firmatur, Bailii μεγάλως reicitur; genetivum autem cum adiectivo μεγάλω coniungendum Kaibel optime Ἀδριάνοιο restituit.

Iam vero vs. 7—10 primum Memnonem appellari, tum poetam narrantis sermone usum pergere videmus. Quod autem Kaibel et Ellis (Herm. XIV p. 260) totum carmen ita constituunt, ut Memnonem inde ab initio appellari fingant, ita non satis explicatur neque quis Memnonem alloquatur neque cur sub finem carminis narratio allocutioni substituatur. Quod ipsum, si quidem iure integrum carminis argumentum postula-

mus, mirum est non diserte exponi. Itaque v. 3 quo Memnonem die proximo non crepuisse significatur, dubito, an non tam *Μέμνον*, quod ex Saltii L'Hôtii Bailii lectione **ΜΕΜΝΟΝΟϹ** effectum est, quam *Μέμνων* extiterit, tametsi ex ectypo id diiudicari nequit: neque quo potissimum loco transitus fiat ad allocutionem Memnonis, perspicuum est. Quae vero v. 3 Memnonis nomen sequantur verba ne ectypo quidem adhibito expedio, nisi quod *σίγαις* participium facile agnoscere mihi videor[1]. *Μάν* pro *μέν* Bailius falso tradidit, quem Kaibel secutus est. — V. 4 verbis *βάξιν ἄναυδος ἔφυς* Kaibel moleste idem expressit quod supplemento versui praecedenti inserto *ὃς οὐ φώνην ἐθέλησας*; initio versus quae dedit *ὡς πάλιν ἀλλοτρίως* quid sibi velint non assequor. *Πάλιν* ultro ad eos refertur qui cum Memnon antea vocem non edidisset iterum ad eum accesserunt: quocum consentiunt verba non tam Lepsii apographo tradita quam ipso ectypo certo expedita *ὡς πάλιν ἀ κάλα τυῖδε Σάβιννα.* Verba *τυῖδε Σάβιννα* eodem modo coniuncta habemus Kaib. 988, 3, quod quantopere Balbillae conveniat iam ostendimus; atque ut 988, 3 adverbium *τυῖδε* cum *ἦλθον* coniungitur, ita in fine pentametri simile verbum veniendi desideramus. An conicere licet quo fere ducunt litterarum vestigia, Balbillam a voce *ἄνοδος* verbum *ἀνοδάω* derivasse atque scripsisse *Σάβιννα ἀνόδα?* Quamquam eiusmodi sive formam sive notionem vix ac ne vix quidem firmare possis Hesychiana glossa *ἐξοδῆσαι· ἐξοδεῦσαι.* Offensione caret neque ab ectypi fide nimium recedit *τυῖδε Σάβιννα ἀνέβα.*

Versuum igitur priorum ut verba omnia restituere non possumus, ita sensum recte assecuti esse nobis videmur. Iam ad verba v. 5 intellegenda a v. 6 auxilium petimus, qui exceptis duabus litteris integer servatus est. Neque enim in fine post **ΙΗ** — ubi notanda forma **Π** pro **Ͱ** exarata sicut v. 7 **ΜΠ** = *μή* — litteram **Ϲ** cum Kaibelio addere licet ut *ἴης* efficiatur neque *ἐχθοίσαι* an *ἐλθοίσαι* legendum sit dubium est. Post eam vocem cum *αὖται* Letronnius recte restituerit, litteram incertam

---

[1] Extrema vox nescio an sit *ἄωτα* (*ἄωτο[ς]?*): ut Memnonem scilicet auribus carentem (cf. B v. 9) surdum se praebuisse notetur.

inter ἐλθοίσαι et αὔται incisam Letronnius et Franzius Τ, Kaibel Γ dederunt: in lapide autem littera rotunda dilucide apparet, quae Saltio Ο esse, C potius ut Lepsio ita mihi visa est: ut non dubitem legere ἐλθοίσαι σ' αὔται i. e. ei (Sabinae) quae ad te (Memnonem) venit. Ceterum verba ἄχον ἴη Balbilla etiam altero loco Kaib. n. 990 v. 8 iunxit: nisi quod illo loco tertia persona imperfecti, hoc forma aeolica eademque dorica imperativi (v. Ahrens Dial. I p. 140. II p. 314) agnoscenda est.

Ista vero lectione probata et quae sequuntur μή καί τοι βασίλευς κοτέσῃ cet. optime quadrant ad imperativum et v. 5 in fine Kaibelii supplementum αἴ ϝοι refellitur. Quem versum Lepsius recte tradidit ἐράτα μόρφα βασιλήιδος ἄκμας. Quorum verborum sententiam iam supra ad B, 17 explicavimus. Atque ea non de Acma nescio qua Balbilli matre, sed de Sabina Augusta praedicari hoc quidem loco extra dubitationem positum est. Exemplis autem dativorum αὔγαι Kaib. n. 990 v. 1, σκίαι ib. v. 6, στάλαι ib. 10, ἐλθοίσαι αὔται, n. 989, v. 4, ἐράται Σαβίνναι n. 988 v. 3, quibus omnibus iota dativi additur, cum probetur ἐράτα μόρφα nominativum esse, verbum finitum in litteris ΠΡΠΕΙΓΛΙC latere censendum est. Quorum ut lectio certa ita significatio plane obscura est. Quamquam ultimam litteram C pro accusativo pronominis (σέ) habendam esse pariter atque in proximo versu probabile est: σέπτα pro σ' ἐράτα perperam Bailius dedit persuasitque Kaibelio. Nec particula γάρ quam editores ante C illud agnoverunt modo ectypo comprobaretur inepta esset: quippe qua, ut saepe fit, ante imperativum subsequentis adhortationis ratio contineatur. Verum has voces corruptas esse exaratas facilius statuas quam probabilem emendationem proposueris [1]: quae donec inventa erit, ne de illo quidem constabit, utrum ab his demum verbis alloqui Memnonem coeperit Balbilla an ab initio carminis.

D.

C. I. G. 4727 coll. Add. III p. 1202. Kaibel n. 988. Lepsius VI tab. 78 Gr. 91.

---

[1]) Non satis placent quae temptavimus servatis quoad fieri posset ductibus traditis ἤπειγ' ἄρ σ' vel ἤιτει γάρ σ'.

Lepsii apographum nonnullarum litterarum formis exceptis optime consentit cum Saltii exemplo. Pro *αὐδάσαντος* v. 1 et *ἦνθον* v. 3 quae a Bailio tradita Kaibel recepit, *αὐδήσαντος* et *ἦλθον* extat; v. 5 *πέμπτω δεκότω δ' ἐνιαύτω* et v. 7 *εἰκόστω πέμπτω* omisso iota muto scribuntur.

VI.

C. I. G. 4735 coll. Add. III p. 1203. Kaibel n. 997. Lepsius VI tab. 79. Gr. 101. Ectypum contuli.

V. 2 ΑΝΤЄ|ΑΝΤЄΛΛ post quae non videntur nisi octo fere litterae intercidisse. — V. 3 Pococke ΛΔΟΜΑΟΝΤΟϹ, Salt L'Hôte ΔΑϹ...ΑΟΝΤΟϹ; lectio Lepsiana ΔΑϹΟΜΟΝΤΟϹ ectypo firmatur, nisi quod pro Μ potius ΛΛ apparet. In his autem carmen finitur: ut ferri non possint quae Kaibel reposuit *ἀντέλλουσαν ἰδόντος μητέρα σεμνήν*. Neque vero magis Letronnii supplementum *Μέμνονος ἀντελλούσης ἠοῦς Λαομέδοντος* neque Franzii *ἀντέλλουσαν ἐὴν γενέτειραν ἰδόντος* ectypi ductibus comprobantur. Quid lateat nescio, nec versum integrum fuisse censeo.

VII.

Gemelli carmina.

Duo epigrammata Gemellus in Memnonis statua incidenda curavit: Kaib. n. 998 et 999, alterum (999) in summo crure sinistro, alterum (998) in latere meridionali basis statuae. Inscriptiones vero in infimo crure insculptae maxima ex parte antiquioris aetatis sunt quam quae in medio et summo crure incisae extant. Atque ex tituli 998 anno p. Ch. 150 in basi i. e. infimo statuae loco, ubi unus praeter hunc titulum Kaib. n. 993 repertus est, exarato concludi potest basi tum demum usos esse Memnonis cultores, cum summa crurum pars ad incidenda complurium versuum carmina non iam sufficeret[1]): si quidem unum solum excipias titulum, qui anni nota addita in summo crure exaratus recentior numero 998 est[2]). Iam vero si

[1] v. Letronn. *Rec.* II p. 223.

[2]) ib. p. 384 n. CCCLXII. C. I. L. III[1] p. 12 n. 51.

Gemellus n. 999 post n. 998 perscripsisset, cum satis magno basis spatio usurum fuisse consentaneum est: quod cum non fecerit, prius n. 999 exaratum esse verisimile est. Quam ad sententiam optime vox *ἀμοιβαδίς* n. 998 v. 9 quadrat, quippe qua nihil aliud exprimatur nisi Gemellum iterum ad Memnonem audiendum venisse.

A.

C. I. G. 4761 coll. Add. III p. 1205. Kaibel n. 999. Lepsius VI tab. 78 Gr. 82. Ectypum contuli.

ΤΙϹΝΥϹΕΤΟΙΑ | ΔΕΡΕΞΕΦ
ΜΑΨΙΔΙΩϹΩϹΕΙ | ΤΙΝΑΑΤΕ
ΕΞ·ΥΔΑ ΛΙΤΟΜ | ΑΙϹΕΚΑΙ
ΚΑΙ·ΑΡΕϹ·ϹΕ | ΕϹΑΚΛΙ
ΕΥΤΥΧΩ | Ϲ
ΜΑΡΙΩΓΕΜΕΛΛΩ | ΕΚΑΤΟΝΤ

Pars superstes lapidis media fracta est. V. 1 extr. litteras **ΡΕΞ** ex ectypo addidi. — V. 4 Pococke **ΚΑΡΓωϹΟΙΟϹΑΡ**; Letronne **ΚΑΙϹΑΡϹϹ ΕϹΑΚΑΙ**; Lepsius **ΚΑ... ΑΡ** etc. in fine **ΚΑΙ**. Utrum in lapide **ΚΑΙϹΑΡ** an **ΚΑΙΓΑΡ** fuerit, dubium est: proxima autem **ΕϹ** potius videntur legenda quam **ΕΓ**. Ceterum post **ϹΕ** in fractura periisse nequit nisi littera **Ι**. — V. 5 litteram **Ϲ** omisit Lepsius.

Τίς νύ σε τοιάδ' ἔρεξε, φ[ίλον τέκος, Οὐρανιώνων
μαψιδίως, ὡσεί τινα ἀτε[ίμητον μετανάστην;
Ἐξ[α]ύδα, λίτομαί σε, καί - - - - - - - - - -
καὶ [γ]ὰρ ἐ[γώ?] - - - - - - - - - - - - - - - -
Εὐτυχῶς
Μαρίῳ Γεμέλλῳ ἑκατοντ[άρχῃ σπείρας - - - -

Letronnii et Pocockii apographa sufficere non potuerunt ad inscriptionem recte intellegendam: iam apparet quattuor, non duos tantum hexametros fuisse. Versum 1 Homericum esse E 373 cum agnovisset Franzius, v. 2 quoque eundem, qui ibi sequitur *μαψιδίως ὡσεί τι κακὸν ῥέζουσαν ἐνωπῇ*, repo-

suit, ut tamen *ῥέζουσαν* necessario mutaret in *ῥέζοντα*. Cu restitutioni praeter hiatum obstant litterae ΤΙΝΑΑΤЄ, quas etiam Letronnius distincte legerat. Nimirum Gemellus cum versum illum totum in suum usum vocare sive non posset sive nollet, alterius versus Homerici verba ascivit et cum voce *μαψιδίως* conglutinavit I 648 *ὡσεί τιν᾽ ἀτίμητον μετανάστην*. Scripsit autem *ἀτείμητον* frequenti exemplo: quemadmodum idem Gemellus Kaib. n. 998 v. 7 *Κρονείων* pro *Κρονίων* dedit. — V. 4 etiam *Καῖσαρ ἔσωσε* ectypi vestigia admittunt, quamquam nec quomodo haec verba interpretanda sint apparet, et vel in his Homericam dictionem continuari expectamus. — V. 5 ΜΑΡΙω viri docti transcripserunt *Μάρκος*: sed apparet dativos *Μαρίῳ Γεμέλλῳ* coniungendos esse cum vocabulo *εὐτυχῶς*, quo poeta sibi bona precatur. — V. 6 in fine cum spatium aeque atque versibus superioribus impletum esse verisimile sit, cohortis ipsius cuius centurio Gemellus fuerit notam additam esse conicio.

B.

C. I. G. 4738 coll. Add. III p. 1203. Kaibel n. 998. Lepsius VI tab. 78 Gr. 87. Ectypum contuli.

ΘΗΚЄCЄΦΩΝΗЄΝΤΑΘЄΑΡΟΔΟΔΟΔΑΚΤΥΛΟCΗΩC
CΗΜΗΤЄΙΡΚΛΥΤЄΜЄΜΝΟΝЄЄΛΔΟΜЄΝΩΜΟΙΑΚΟΥCΑΙ
CΗCΦΩΝΗC ΛΥΚΑΒΑΝΤΙΠЄΡΙΚΛΥΤΟΥΑΝΤΩΝЄΙΝΟΥ
ΔΩΔЄΚΑΤΩΚΑΙΜΗΝΙΠΑΧΩΝΤΡΙCΚΑΙΔЄΚΑЄΧΟΝΤΙ
ΤΑΔ ΙC ΔΑΙΜΟΝΤЄΤЄCЄΚΛΥΟΝΑΥΔΗCΑΝΤΟC
/// ΙΜΝΗCΠЄΡΙΚΑΛΛЄΑΡЄΙΘΡΑΛΙΠΟΝΤΟC
ЄΑΝΤΟΛΙΗCΒΑCΙΛΗΑCЄΘΗΚЄΚΡΟΝЄΙΩΝ
/// ///ΝΠЄΤΡΟΥΦΩΝΗΝΔΑΠΟΠЄΤΡΟΥЄΗΙ////
ЄΓC///‾ЄΜЄ Λ ΛΟCΑΜΟΙ ΒΑΔΙCЄΝΘ/////
ΗΑΛΟΧΩΡΟΥΦΙΛΛΗΚΑΙΤЄΚЄЄCCΙΝ
ЄΥΤΥΧΩC
//////ΦΙΛΛΗ//////////////////ΛΟΝΓЄΙΝΙΑ

Monogramma Ρ̌ quod supra hanc inscriptionem exaratum Letronnius duce L'Hôtii ectypo notavit, neque Lepsius neque ectypum exhibet.

Lepsiano apographo v. 6 in initio litteras Ι Μ atque v. 10 extr. Ν ex ectypo addidi. Totius carminis species externa qualem Lepsius recte descripsit eo ducit, ut versus 9 litteris ΕΝΘ/ ///// terminari putandus sit, neque in ectypo ullum Bailianae lectionis ΕΝΘΑ - - - - - ΩΝ apparet vestigium.

Θῆκέ σε φωνήεντα θεὰ ῥοδοδάκτυλος Ἠώς,
σὴ μήτειρ, κλυτὲ Μέμνον, ἐελδομένῳ μοι ἀκοῦσαι
σῆς φωνῆς· λυκάβαντι περικλύτου Ἀντωνείνου
δωδεκάτῳ καὶ μηνὶ Παχὼν τρισκαίδεκα ἔχοντι
ἤμα]τα δίς, δαῖμον, τε[ῦ] ἐσέκλυον αὐδήσαντος
ἠελίου λ]ίμνης περικαλλέα ῥεῖθρα λιπόντος.
Ὄντα ποτ]ὲ ἀντολίης βασιλῆά σε θῆκε Κρονείων
οἰκουρὸ]ν πέτρου, φωνὴν δ' ἀπὸ πέτρου ἕη[κας.
Χαίρων δ' ἦλθον] ἔγ[ωγε] Γέμελλος ἀμοιβαδὶς ἔνθα
σὺν κεδν]ῇ ἀλόχῳ Ῥουφίλλῃ καὶ τεκέεσσιν.
εὐτυχῶς
Μαρίῳ Γεμέλλῳ, Ῥου]φίλλῃ, - - - - - - -, Λονγεινίᾳ.

Versus 1—6 videntur a prioribus recte restituti esse. — V. 4 non *τρισκαίδεκ'*, sed neglecta elisione *τρισκαίδεκα* extat; de anno duodecimo Antonini [150 p. Ch.] iam certo constat. Sententiam vv. 7. 8 Franzius recte ita descripsit: »Iuppiter tibi assignavit habitandum saxum, et statim incepisti vocem edere e saxo, id quod iam facis semper.« Kaibel vero cum versu 7 prioribus coniuncto alium sensum subesse vellet, littera Ν a Bailio in initio vs. 7 tradita usus scripsit: *οὕνεκεν ἀντολίης βασιλῆά σε θῆκε Κρονείων*; quibus solem orientem ab orientis rege salutari intellegeretur. Sed praeterquam quod *οὕνεκεν* ferri non potest, quoniam pro Ν Lepsius recte Ε tradidit, Kaibelii supplementa v. 8: *θῆκε δὲ νῦν πέτρου, φωνὴν δ' ἀπὸ πέτρου ἵεσθαι* probari nequeunt. Nam et vocabulum *θῆκε* parum eleganter repetiit et obiecto verbi omisso sensum obscurum reddidit. Quare Franzii explicatione probata eius supplementa v. 8 *οἰκουρὸν πέτρου* et in fine *ἕηκας* retinuimus, v. 7 *ὄντα ποτὲ* suppletis sententiam probabilem effecimus. — V. 9 cum propter ea quae modo attuli ferri non posse videatur quod Letronnius in fine addidit *ἐνθάδ' ἀνελθών*,

supplementum *χαίρων δ' ἦλθον* proposui, quamvis versus haud elegans efficeretur nec placeret particula *ἔνθα* a verbo veniendi dirempta et in fine sententiae collocata. — V. 11. 12 ut supra A v. 6 dativi restituendi sunt; initio autem nomen Gemelli, in lacuna post **ΦΙΛΛΗ** non *καί* quod Kaibel vult sed alterius filii vel filiae (cf. *τεκέεσσι* v. 10) nomen intercidit.

VIII.

Trebullae carmina.

A.

C. I. G. 4739 coll. Add. III p. 1203. Kaibel n. 1001. Lepsius VI tab. 80 Gr. 109. Ectypum contuli.

V. 3 **ΕΞΑΚΟΥΕΙΝ** ectypum, **ΕΞΑΚΟΥΕΙΝ** Lepsius. De vera lectione *καὶ ἐξακούειν* non iam dubitandum est: poetria pronomen *σέ* a Kaibelio desideratum omisit. Ceterum quam sententiam Kaibel ponit: »velim ut tu quoque, mater, audias«, eandem iam Letronnius recte invenit [*Rec.* II p. 386].

B.

C. I. G. 4740 coll. Add. III p. 1203. Kaibel n 1002. Lepsius VI tab. 79 Gr. 97. 98. Ectypa contuli.

Priores tres versus ab epigrammate spatio non magno separati sunt. V. 2 **ΔΕΥΤΕΡΟΝ**] **ΔΕΥΤΕΡΟΝ.** — V. 7 **ΑΙϹΟΗϹΙΝ**] **ΑΙϹΘΗϹΙΝ**. — V. 8 **ΕΔΩΚΕΔΗΜ**] **ΕΔΩΚΕ ΔΗΜ.**

V. 6 *Τειθώνοιο* legitur, non quod Kaibel dedit *Τιθώνοιο*.

C.

C. I. G. 4741 coll. Add. III p. 1204. Kaibel n. 1003. Lepsius VI tab. 78 Gr. 84. Ectypum contuli.

V. 3 cum Aponii titulus (C. I. G. 4742. Kaib. n. 1004) a latere dextero huius inscriptionis multo maioribus litteris exaratus esset [cf. Letronnius *Rec. Atlas* tab. XXXVI n. 32. 33.], nonnulli partem superiorem litterae **Ε** (vocis **ΕΜΗϹ**) errore pro **Ϲ** habuerunt atque **ΤΡΕΒΟΥΛΛΑϹ** tradiderunt. — V. 5 pro

Θ constanter ϴ scriptum est. — V. 7 ΟΔΥΜΟϹ | ΟΔΥΡ-
ΜΟϹ. — V. 8 ΓΟΟϹΑΗΝ (sup. Δ) ΓΟѠϹΑΗΝ. — V. 9 ΑΝΑ-
ΡΟΡΑΔ·Η | ΑΝΑΡϴΡΑΔ..Ν. — V. 10 ΠΡΟϹϴЄΛЄΙΥ
ΑΝΟΝ | ΠΡΟϹϴЄΛЄΙΥΑΝΟΝ.

V. 6 formam *βασιλέος* Kaibel recte retinuit; simile est quod saepius in titulis aegyptiis a militibus romanis positis genetivus *ἱππέος* invenitur [1]. — V. 7 Franzii coniecturam *ὀδυρτός* Kaibel recepit: quamquam *ὀδυρμός* quod Letronnius invenerat, et Bailius legit et Lepsius firmavit. Ceterum non post *Μέμνονος* cum Kaibelio sed post *μοι* interpungendum est et *Μέμνονος* cum *τὰ πάθη* coniungendum.

IX.

C. I. G. 4742 coll. Add. III p. 1204. Kaibel n. 1004. Lepsius VI tab. 80 Gr. 116. 117. Ectypa contuli.

V. 1 ΑΠѠΗΙϹ | ΑΠѠΝΙϹ. — V. 2 extr. ΓЄΓΡΑΦΑ Μ | ΓЄΓΡΑΦΑΜ (sic). — V. 3 ΔΑΜΑΡ | ΔΛΜΑΡ, mox ΟΙΟΝ | ΟϹΟΝ.

Μ in fine vocis *γέγραφα* incisum lapicidae errori deberi videtur. *Ὅσον* a Kaibelio recte receptum est.

X.

Paeonis carmina.

A.

C. I. G. Add. III p. 1206 n. 4761 c. Kaibel n. 1007. Wescher, *Comptes rendus de l'Acad. des inscr.* 1871. p. 276. Lepsius VI tab. 78 Gr. 89.

A Wescheri lectione haec discrepant: v. 1 ΔЄΜΑϹϹΟΝ | ΚΟΛΟϹϹΟΝ. — v. 2 ΑΥΔΗЄΙϹѠϹΚ | ΑΥΔΗЄΙΡѠЄΚ; quae sequuntur perspici non possunt. — v. 3 ΜЄΤΤΙΟϹѠ | ΜЄΤΡΙΟϹΙ. Cetera evanida et cum inscriptione latina quae

1) C. I. G. 5053 (Lepsius VI tab. 97 Gr. 438). ib. Add. 4716 d[57]. Lepsius VI tab. 100 Gr. 574 bis). Leps. VI tab. 97 Gr. 443. 447. 448.

graecae superscripta est C. I. L. III[1] p. 13 n. 56 [cf. Wescher. l. l.] confusa sunt.

V. 2. 3 Lepsii lectionibus praestant Wescherianae. Etiam v. 1 videtur praeferendum quod Wescher tradit *δέμας σόν* (cf. infra XI): qui summam operam impendit his inscriptionibus rescriptis expediendis.

B.

C. I. G. 4743 coll. Add. III p. 1204. Kaibel n. 1006. Wescher l. l. Lepsius VI tab. 78 Gr. 79. Ectypum contuli.

V. 1 ΥΔΗЄΝΤΑ ectypum; ΛΥΔ etc. Lepsius. In fine Є · ΠΑΝ | Є · · ΠΑΝΛ Letronne: ЄΓΩΠΑΝΑΙ Lepsius; sed litterae ΝΑΙ ad diversam inscriptionem pertinent: in ectypo enim ΠΑΙ ΝΑΙ certo legitur. — V. 2 ΝΟCΙΔΗΤΗC | ΝΟC ΙΔ cet. — V. 3 spatio interiecto excipit priores.

Wescher e titulo antecedente *Παίων ὁ Σιδήτης* recte videtur restituisse.

XI.

C. I. G. 4745 coll. Add. III p. 1204. Kaibel n. 1008. Wescher l. l. Lepsius VI tab. 79 Gr. 105. Ectypum contuli.

V. 1 ЄΛΥΜΗΝΑΝΤΟΚΟΛΟCCΟΝ Lepsius; ЄΛΥ ΜΗΝΑΝΤ ACCON ectypum, quocum Wescheri lectio consentit. — V. 2 ΝΥΚΤΟΡ | ΝΥΚΤΩΡ. — Forma ϴ in inscriptione, non Θ adhibita est.

XII.

C. I. G. 4744 coll. Add. III p. 1204. Kaibel n. 1005. Lepsius VI tab. 79 Gr. 104. Ectypum contuli.

V. 2 pro *ἐμῇσι βύβλοισι* apud Kaibelium *ἐμῇισι βύβλοισιν* scribendum est. Ut hoc loco *σεῦ*, ita in carmine Kaib. n. 998 v. 5 *τεῦ* extat forma dorica immixta dialecto homericae.

XIII.

C. I. G. 4746 coll. Add. III p. 1204. Kaibel n. 1013. Lepsius VI tab. 79 Gr. 99. Ectypum contuli.

ΟΥΚΑΚΑΡΗΝΟCΑΡЄ ΙΝΟ . . Ο

ΜЄΜΝΩΝ ΗΜЄΡΙΝΗ ΝΤΟΛΗΗЄΛΙΟΙΟ
ΘЄCΠΙΖΩΝΜЄΡΟ·ЄCCΙΝΟ ΟΙCΙΠΡΟCΑΥCЄΝ
ЄΚΠΑCΗCΓΑΗ ΑΘЄΙΝΙ ΟΝΤЄC
ΟΙΜЄΝЄΠ ΛΜЄΝC ΗΘΑΥΜΑΖΟΝΤЄC
ΟΙΧΩΝΤΑΙΓ ΠΑΤΡΑ ΟΤΥΧΟΝΤΟC

V. 1 post **ΑΚΑΡΗΝΟC** Pococke - - - **ΙΙЄΟCΙΟΙΝΟ**; L'Hôte nihil nisi **Є**, Lepsius **ΙΙΙCΤΝCΜΟ** dedit. Pro **ΟΙΝ** autem **CΤΙΝ** reponendum esse ectypum non dissuadet. Lacunam mox inter litteras **Ο—Ο** a me notatam Lepsius littera **Μ**, Pococke **ΙΝ** explevit: neque alienum est **Η** vel **ΙΗ** a vestigiis in ectypo servatis. — V. 2 Lepsiano apographo **Η** et v. 3 **Ο** addidi. **ΟΙCΙΠΡΟCΑΥCЄΝ** Lepsius; **ΑΥCЄΝ** dispicere non potui ac nescio an **ΟΥCΙ** potius ectypo commendetur. — V. 4 **ΓΑΗΙ|ΓΝ** Lepsius; L'Hôtii lectio **ΠΡΙ** ectypo prorsus respuitur. Lapide h. l. fracto non amplius quam 3 vel 4 litterae deletae sunt: sub finem Lepsius **ΤΟC**. — V. 5 L'Hôte **CΠΙΥ ΝΟ**; mox idem cum Lepsio **ΝΘΑΥ** etc.

Οὐκ ἀκάρηνος ἄρ' ἐστιν - - - - - - - - - -
Μέμνων· ἠμερινῇ [γὰρ ἐπ' ἀ]ντολῇ ἠελίοιο
θεσπίζων μερό[π]εσσιν [ἀπείρ]οισι προςάυσεν.
ἐκ πάσης γα[ίης ἐ]λθεῖν - - - - - - - - -
οἳ μὲν ἐπ[ευξά]μεν[οι] - - - - - θαυμάζοντες
οἴχωνται [πάλιν ἐς] πάτρα[ν φθόγγοι]ο τυχόντος.
- -

Ex variis Letronnii Franzii Kaibelii supplementis inter se discrepantibus cognoscitur quam non sufficiant fragmenta servata ad sententiam huius carminis plane perspiciendam. Accedit quod epigramma non integrum esse viri docti ex verbis v. 5 *οἳ μέν* intellexerunt: cui argumento addi potest quod nomen poetae nusquam comparet: quamquam huic rei non nimium tribuerim. Lepsii vero curis non tam effectum est ut carmen perfectius traderetur quam ut priorum lectionibus maximam partem confirmatis supplementa quae varia prolata

sunt reicerentur. Nam primum quidem quod Kaibel initium restituit: *οὐκ ἀκάρηνος ἔφυς τὸν ἀεὶ χρόνον, ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν Μέμνων — προσαϋτεῖ*, neque supplementa v. 1 litteris traditis ullo modo commendantur, neque *προσαυτεῖ* teste Lepsio scribi potest, pro qua voce Franzius vere *προσάυσεν* reposuerat. Vocabulo autem quod antecedit in **OICI** aut **OYCI** exeunte cum Franzii et Kaibelii supplementum *ἐπερχομένοις* non conveniat, *ἀπείροισι* coniecimus; licet ita versus paulo impeditius fluat. De huius versus sententia constat: id vero dubium quo modo versus alter male servatus iungendus sit. Franzius quidem cum scriberet: *οὐκ ἀκάρηνος ἐών ποτ' ἄναξ οὐ τοῖον ἀυτεῖ Μέμνων· ἡμερίῃ δὲ τότ' ἀντολῇ ἠελίοιο — προσάυσεν*, particula *δέ* inculcata respiciens Trebullae carmen [Kaib. n. 1003] versus ad id spectare tempus putavit quo Memnon etiam tum integer non solum sonum edidisset sed etiam verba distincte pronuntiasset. Sed quoniam v. 1 *οὐκ ἀκ. ἄρ' ἐστιν* legendum esse verisimile est, Kaibelii supplementa *ἡμερίοισιν ἅμ' ἀντολῇ* ex parte secutus reposui *ἡμερινῇ γὰρ ἐπ' ἀντολῇ*. Auctor ni fallor, hanc expressit sententiam: licet mutilatum sit Memnonis caput, tamen vocem non perdidit; nam saepenumero sonum edidit; id quod multorum testimonia confirmant. *Θεσπίζων* igitur simpliciter ad sollemnem Memnonis crepitum refero cum Kaibelio.

Iam vero in parte posteriore multifariam mutilata maxime de nexu coniunctivi *οἴχωνται* v. 6, quem Kaibel iniuria in indicativum mutavit, ambigimus. Nam rectene Franzius cum versus restitueret *ἐκ πάσης πόλεως, ἵνα θείην κληδόν' ἔχοντες οἱ μὲν ἐπιστάμενοι σοφίην καὶ θαυμάζοντες οἴχωνται - - οἱ δέ - -*, finxerit verba *ἵνα οἴχωνται* ex iis quae sequuntur pendere, prorsus incertum est. De singulis constat Franzii *πόλεως* ferri non posse: aut enim *ἐκ πάσης γαίης* aut cum Kaibelio *ἐκ π. γὰρ γῆς* scribendum est. Eiusdem supplementa *ἐπὶ ἑ σπεύδοντες* vereor ut cuiquam placuerint. — V. 5 pro *ἐπευξάμενοι* quod proposuimus Kaibel verba spatio non congrua *ἐπήρανα δεχνύμενοι* inseruit. — V. 6 in fine littera **O** ante **TYXONTOC** tradita hoc loco genetivum in *-οιο* exeuntem fuisse

confirmatur: Franzii versuum 1—3 interpretatione probata *χρησμοῖο*, ex sententia nostra aptius *φθόγγοιο* quod Kaibel invenit reponitur. Verbis *φθόγγοιο τυχόντος* significatur 'voce edita'; quod num recte ita exprimatur, dubitari potest: quamquam verbum *τυγχάνειν* de rebus adversis et secundis, de dolore similibusque saepius absolute usurpatur ut *ἄλγη τυχόντα* Aesch. Cho. 715; *εἰ δ' αὖθ' ὃ μὴ γένοιτο συμφορὰ τύχοι* id. Sept. 5 cet.

XIV.

C. I. G. 4747 coll. Add. III p. 1204. Kaibel n. 993. Lepsius VI tab. 78 Gr. 88. Ectypum contuli.

V. 1 **ΑΣΚΛΗ////ΠΙΟΔΟΤΟΥ** in media voce rasura. — v. 2 litterae maximae eaedemque angustissime scriptae sunt, quare editores saepius **E** [Lepsius v. 7 **ENI**] legere sibi visi sunt; quamquam lapidarius constanter formam rotundam **Є** exsculpsit. **ΜΕΜΝΟΝΑ**] **ΜЄΜΝοΝΑ.** — v. 3 **ΛΑΜΠ**] **ΛΑΜΠ.** — v. 4 **ΥΠΟΦΡΥΣΙΝΩΝΘΑΠΟΤΑΜΕΙ**] **ΥΠο////ΦΡΥCΙΝωΝΑΠοΤΑΜΝЄΙ** (N superscr.); in voce *ὄφρυσι* rasura. — v. 5 **ΝΟΜЄΝΟC**] **ΝοΜЄΝοC.** — v. 6 **ΑΚΟΡΗΤοΝ**] **ΑΚοΡΗΤοΝ.** — v. 7 **ΠЄΔΙωΙ** recte Bailius tradidit. — v. 8 **ΠΟΙΗΤΟΥ·ЄΠΙΤΡΟΠΟΥ.**

V. 8 quamquam Hamilton recte tradiderat, tamen omnes *ποιητοῦ τοῦ ἐπιτρόπου* scripserunt; sed et *ποιητοῦ* omisso articulo recte dictum est neque idem in voce *ἐπιτρόπου* desideratur. — Asclepiodoti carmen cum item ac Kaib. n. 998, qui titulus Antonini aetate exaratus est, in basi statuae Memnonis repertum sit, collatis eis quae ad n. VII supra adnotavimus videtur eiusdem aetatis esse. Idem coniecit Franz.

XV.

C. I. G. 4748 coll. Add. III p. 1204. Kaibel n. 1009. Lepsius VI tab. 76 Gr. 62. Ectypum contuli.

Forma litterae **Λ** vix notatu digna est. Versui 1 superposita est inscriptio latina C. I. L. III[1] p. 11 n. 43. — v. 3 *φωνήν* recte traditur neque Bailio qui *φωνῇ* dedit fides habenda.

XVI.

C. I. G. 4749 coll. Add. III p. 1204. Kaibel n. 1000. Lepsius VI tab. 77 Gr. 76. Ectypum contuli.

Formae C et E interdum immiscentur. v. 3 ΟΥΝΕΜ Lepsius, ΟΥΝΟΜ ectypum; mox ΛΣΤΗΝΟΣ] ΑΥΡΗΛΙΟΣ. — v. 4 ΑΝΑΞ ectypum; ΑΝΑΞ Lepsius. — v. 5 ΛΜΑΤΕΙΧΟΥΣΙ ectypum; ΛΜ/ΤΕ etc. Lepsius. Mox ΔΑΝΜΕΝΑΙ (sic) Salt recte rettulit (Bailius ΔΑΗΜΕΝΑΙ). — v. 7 ΣΤΕΙΝΩΝ] ΣΤΕΡΝΩΝ.

Nomen poetae *Αὐρήλιος* iam Heckerus recte restituerat. V. 5 ab eodem *ἀναστείχουσι* propositum est: tamen poetam *ἅμα στείχουσι*, licet lapidarius σ omiserit, scripsisse ectypo confirmatur. Neque in eodem versu *ἦ* offendit, pro qua particula Kaibel Heckerum secutus *εἰ* dedit. — v. 7 *στέρνων* Cobet recte coniecerat: P litterae lineola curvata licet perexigua in ectypo certo dispicitur. Ceterum *αὐδᾷ* et v. 9 *ἀνίσχῃ* in lapide est, non quae Bailius rettulit *αὐδᾶι* et *ἀνίσχηι*.

XVII.

C. I. G. 4755 coll. Add. III p. 1205. Kaibel n. 1011. Lepsius VI tab. 77 Gr. 77. Ectypum contuli.

V. 1 utrum ΕΝΑΡΧΟΣ an cum Lepsio ΕΗΑΡΧΟΣ legendum sit ex ectypo non cognoscitur.

Titulum ad calcem eius qui antecedit (Kaib. n. 1000) exaratum, cum eandem litterarum speciem exhibeat, tempore quoque eodem exaratum esse verisimile est. Franzius cum *ἔναρχος* legat, quam notionem deinde voce *ἀρχιδικαστής* accuratius explicari vult, exemplum affert C. I. G. III Add. 4976 *ἐξηγητεύων ἔναρχος*, ubi tamen voci *ἔναρχος* participium, non ut hoc loco substantivum additur. Accedit vero quod ΕΗΑΡΧΟΣ siquidem vere traditur, potius pro ΕΠΑΡΧΟΣ quam pro ΕΝΑΡΧΟΣ lapicidae lapsu scriptum videbitur. Cum autem *ἔπαρχος* procuratorem Aegypti, *ἀρχιδικαστής* praefectum collegii iudicum provincialium (v. Strab. XVII, 797), quod Alexandriae extabat, designet neque utrumque magistratum coniunctum fuisse verisimile sit, nescio an *Ἔπαρχος* cognomen

Balbiniani interpretandum sit (cf. exempli gratia C. I. G. III Add. 4325 b).

XVIII.

C. I. G. 4750 b coll. Add. III p. 1206 n. 4761 g. Lepsius VI tab. 79 Gr. 93. Ectypum contuli.

ΕΙϹΕΜΕΝΟΥΝΗ ω Ϲ Τ ΟΝΕΟΝ . . ΛΟΝΥΙΑΔΑΚΡΥΕΙ
ΗΝΙΚΑΝΑΤΤΕΛΛΗϹΙΦΑΕϹΦϹΡΟ . . . ΑϹΙΝΑΙΓΛΗΝ
ΗϹΤΑΙΗϹΜΥ.ΗΜΑΕϹΟΙΤΡΕΠΕϹ ..... ΜΙΠΟΥϹΑ
ΙϹΤω ΘΕΙΟϹΟΝΕΙΡΟΥΟΕΘΕΙΟΥϹΙΝ ΜΥΟΟΝ
ΑΥΤΟϹΔΕΝΘΑΔΕΟΝΤ . Ο.... Ν ΛΥΟΝΑΥΔΗΕ
ΙΟΥΛΙΟϹΗΛΘϹΛΙΕΓΩΝ ... ΙΓ//ΠΑΡΧΟϹΛΕΓΕωΝΟϹ

Carmen in cruris sinistri calce Memnonis a latere dextero epigrammatis Kaib. n. 1013 inscriptum est (v. Letronn. tab. XXXVI n. 36). V. 1 Letronnius in L'Hôtii ectypo nihil nisi ΕΜΕΜ ΝΟΝΟΝΕΜ ΝΟΝ ΝΥΙΑΛΛΚ legit; in eis quae Lepsius exhibet ΕΟΝΓΕΓΟΝΥΙΑΔΑΚΡΥϹΙ litterae ΓΕΓ ectypo nullo modo firmantur. — V. 2 Lepsius ΗΝΙΚΙΑΩΤ ΤΕΓΛΗϹΙΟΛ ϹϹΟΡΟΜΜΑϹΙΝ: mihi quidem litterae ΜΜ videntur collato ectypo lapidis rimis fortuito effectae esse. — V. 3 Lepsius ΜΥΝΗΜΑΕϹΟωϹΕΠΕϹ; v. 4 legit ΙϹΙΟϹΙΙΟϹΟ/ ΟΥΟϹ ΥϹ; v. 5 Α//ΥϹΙΔΕΝΟΛΛ atque in fine versus ϹΟΕΑΥ ΝΕ; v. 6 Ι//ΥΓΙΟϹΗΑΕϹΜΠΟΝ ΓΟΗΤΑΡΧ etc. Letronnius in fine ΤΟΙΙΤΑ ΧΟϹΛΕ ΝΟϹ; Salt ΕΠΑΡΧΟϹΛΕΓΕωΝΟϹ.

Εἴ σε μὲν οὖν Ἠὼς τὸν ἑὸν [φί]λον υἷα δακρύει,
ἡνίκ' ἂν ἀ[ντ]έ[λ]λησι φαεσφ[ό]ρο[ς ὄμμ]ασιν αἴγλην
ἧς [γ]αίης μύ[θ]ημα ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ λιποῦσα,
ἴστω θεῖος ὀνείρου ο – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ μῦ[θ]ον·
αὐτὸς δ' ἐνθάδ' ἐόν[τ] ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – κλυον αὐδῆ[ς]
Ἰούλιος ἦ[λ]θ[ον] ἐγὼν ⏑ ⏑ – ἀρχὸς λεγεῶνος.

Carminis sex hexametros complexi cum Salt sola verba postrema descripsisset, Letronnius v. 1 rettulit fragmenta tam mutilata, ut Franzius inscriptionem latinam inesse censeret. Iam

licet maxima pars servata sit inscriptionis, tamen quoniam versus 4. 5 valde mutilatos plane non intellegimus, non satis liquet quodnam fuerit carminis argumentum. — V. 1 cum lectio Lepsiana ΓΕΓΟΝΥΙΑ careat sensu, *φίλον υἷα* quod reposuimus non recedit a ductibus traditis. Lacrimas autem Aurorae verisimile est ad rorem matutinum quo Memnonis imago infundatur referendas esse. Ceterum confer versus illos homericos (ε 1. 2) *ἠὼς δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο ὤρνυθ', ἵν' ἀθανάτοισι φόως φέροι ἠδὲ βροτοῖσιν.* — V. 3 sententia similis est homericae (γ 1) *ἠέλιος λιπὼν περικαλλέα λίμνην*: ut enim Memnon ipse *ἀντολίης βασιλεύς* (Kaib. n. 998 v. 7), *βασιλεὺς ἑῴος* (n. 1003 v. 4) appellatur, ita hoc loco Auroram oriente, patria sua fabulosa mane egredi auctor fingit. Verba *ἧς γαίης μύθημα* excipere videtur *θεοπρεπές*: quamquam pro priore Π in ectypo distincte IT litterae apparent. — V. 4. Notum homericum *θεῖος ὄνειρος* (veluti B 22 *προσεφώνεε θεῖος ὄνειρος*, § 495 *θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος*): at de lectione ΘΕΙΟΣ ΟΝΕΙΡΟΥ dubitare non licet. — Altero p. Ch. saeculo, cui carmen tribuendum esse videtur, in Aegypto agebant legio III Cyrenaica et XXII Deiotariana: alterutri praefuit Iulius.

XIX.

C. I. G. 4722 coll. Add. III p. 1205. Kaibel n. 1010. Lepsius VI tab. 77 Gr. 72. Ectypum contuli.

In initio tituli Dionysiae cum ΚΥΡΙΟΥ traderetur, Bailius reposuit

> *ὑπὲρ τύχης τοῦ κυρίου Διονυσίας*
> *τὸ προσκύνημα* etc.,

quae Kaibel recepit. Sed vox *κυρίου* ad alterum titulum C. I. G. 4722 pertinet: ubi Franzius ad verba qualia tradita accepit *θὰ θ' η̄* L*ζ̄ Ἀδριανοῦ τοῦ*] de coniectura *κυρίου* apposuit. Quod ut eluceat, titulos 4722 et 1754 quomodo in lapide sese excipiunt perscribo:

ΛΟΥΚΙΟCΦΟΥΝΕΙCΟΥΛΑΝΟC
ΧΑΡΕΙCΙΟCCΤΡΑΤΗΓοCΕΡΜωΝ
ΘΕΙΤοΥΛΑΤοΠοΛΕΙΤΟΥΗΚΟΥ
CΑΜΕΜΝΟΝοCΔΙCΠΡΙΝΠΡω
ΤΗCωΡΑCΚΑΙΠΡωΤΗ CΥΝ
ΤΗΓΥΝΑΙΚΙΜΟΥΦΟΥΛΒΙΑ
ΘωΘΗ̄LΖ̄ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΤΟΥ
ΚΥΡΙΟΥ ΔΙΟΝΥCΙΑCΤΟ
ΠΡΟCΚΥΝΗΜΑΠΟΛΛΑ
ΚΙCΔΑΚΟΥCΕΤΑΙ

Omnes hos versus ab eodem lapidario exaratos esse ex ectypo apparet. Neque dubitari potest quin legendum sit

Διονυσίας
τὸ προσκύνημα· πολλάκις δ' ἀκούσεται.

Titulus certe eiusdem temporis est atque L. Charisii Funisulani (122 p. Ch.).

XX.

C. I. G. 4758. Lepsius VI tab. 80 Gr. 115. Ectypum contuli.

ϽΕΙΔω ΚΑΙ
ΛΛΛ ΗΠΡΟ
ΦΡω ΝΕΦΘΕΓΞΑ
ΤΟΜΕ ꟺΝωΝ
ΘΗΒΑωΝ ΠΡΟΜΑ
ΧωΝΤΟΝ ΔΕ
ΜΟΝΑC ΕΙC

V. 1 videtur **ΦΕΙ** in ectypo legi. Litterae a Lepsio punctis expressae et v. 6 **N** vocis **TON** in ectypo non apparent.

Φ]είδῳ καὶ [Γά]λλῃ πρόφρων ἐφθέγξατο Μέμνων,
Θηβάων προμάχων τὸ[ν κη]δεμόνα ◡ ◡ – ◡

Titulo a Pocockio pessime tradito versus hexametros subesse persensit Franzius qui verba *ἐφθέγξατο Μέμνων* recte ex-

pedivit. Nomina Romana Fidus et Galla saepissime occurrunt, ut exempla afferre supersedeam. V. 2 hexametrum quam pentametrum fuisse probabilius est. Ad formam *Θηβάων* cf. supra p. 21 v. 4 *Θηβάας* (Ahrens I p. 100); *Θηβαῖοι πρόμαχοι* copiae intellegendae quae Thebaidem defendebant a barbaris: cf. infra n. XXX. Quae res in memoriam vocat versus statuae Pescennii Nigri a rege Thebaeorum inscriptos (Spart. v. Pesc. 12)

Terror Aegyptiaci Niger astat militis ingens
Thebaidos socius e. q. s.

Adde Trebell. Poll. trig. tyr. 22 de Aemiliano *Thebaidem totamque Aegyptum peragravit et quatenus potuit barbarorum gentes forti auctoritate summovit*[1]. Eius exercitus ducem et curatorem (neque enim v. 2 video quid suppleri possit nisi *κηδεμόνα*) Fidum illum fuisse sumendum est quem salutasse Memnon dicitur. Post *κηδεμόνα* participium aliquod supplendum est quale est *ἀσπαζόμενος*: mihi quod et versui conveniret et litteris ЄΙϹ traditis reperire non contigit.

XXI.

C. I. G. Add. III 4761 b. Kaibel n. 1012. Lepsius VI tab. 77 Gr. 74. Ectypum contuli.

ЄΙΦΘЄΝΓΗΤΙΛΑΛΗ
ЄΙΔЄΜΟΝΟΝϹЄΙΓΑϹ
ΑΛΛΑΘЄΛωΝЄΠΑΚΟΥ
ΜΗΜΟΙΤΗΝϹЄΙΓΗΝΗΝЄ
ЄΥΜЄΜΝωΝЄΛΑΛΗϹΑϹΑ
ΠΑΝΤοΤЄΚΑΙ ΛΛ ωΝΗЄΛ
ΡΗ

V. 5 Α addidi lectioni Lepsianae.

V. 6 Wilkinson ΚΑΙΤΑΙΛωΝ. In ectypo ΚΑΙΔΛΧωΝ dispicere mihi visus sum. — V. 7 Wilkinson Π; ectypo ΒΗ non respuitur.

[1]) Cf. de his Lumbroso *Bull. inst. arch.* 1880 p. 119 sq.

Quod Kaibel qui versuum initia iam recte legit et interpretatus est — nisi quod v. 4 addenda lectioni eius ἦν ἐ – – —, v. 6 Wilkinsonii apographo usus παίδων supplevit, ectypo non comprobatur; πολλῶν fuisse potest. — V. 7 litteras **PH** vel **BH** temporis notae reliquias esse verisimile est; quare restituatur ἀθὺρ ῆ vel μεχὶρ ῆ vel etiam τυβ(ὶ) ῆ.

XXII.

C. I. G. Add. III 4761 d. Kaibel n. 1014. Lepsius VI tab. 77 Gr. 75. Ectypum contuli.

ΟΑΛ///ΕωΠΑΙΧΑΙΡΕΠΡΟΦΡωΝΕ
Φ//////ΕΞΑΟΓΑΡΜΟΙ
ΜΕΜ/////////ΕΙΕΡΙωΝΕΙΝΕΚΑΤΑΙϹΜΕΛΟΜΑΙ
ΦΙΛΑΟΛ////Μ///ΕΜΑΔΕΠΙΗΡΑΦϹΡΟΙϹΝ
ΑΡΒΙΥΟϹ///Ε/////ΝωΓΝΕΚΡΕΤΟϹ

Letronnii lectionum a Kaibelio male repetitarum has attinet referre: v. 1 ////Α/////////////////////ωΠΑΙ. — V. 3 in initio /// ΜΕΜ. — V. 4 ΦΙΛΑΟ atque in fine ϹΡΟΙϹΑ; mox ectypon ΜωΕΜΑ videtur exhibere. — V. 5 Letronne ////////ΡΒ Ν ΚΡΕΤΟϹ

Φ]α[ίδιμ'] Ἕω παῖ χαῖρε· πρόφρων ἐφ[θέγ]ξαο γάρ μοι,
Μέμ[νον, Π]ειεριῶν εἵνεκα, ταῖς μέλομαι.
– – – – – – – – δ' ἐπίηρα φ[έ]ροι[ε]ν
– – – – – – – – – – – – –

Kaibel cum versus a Letronnio male lectos concinnaret, in initio v. 1 lacunam notatam esse neglexit. Certe ipso vocabulo παῖ Aurorae mentio flagitatur. Πρόφρων deinde cum ἐφθέγξαο de Memnone praedicatum tam arte cohaeret, ut particula γάρ tertio loco collocata vix offendat. — V. 2 quod Kaibel de deabus poetam agere censuit, iam lectione Πειεριῶν reperta apparet Musas intellegi: quamquam non est cur mulierem et sacerdotem dearum loqui cum Kaibelio supponamus. Praeterea v. 3 Letronnii lectio φέροισα ectypo reicitur; ad easdem

Musas verba ἐπίηρα φέροιεν pertinere certum est. Itaque de Balbilla carminis auctore nullo modo cogitandum est: nomen poetae quod barbarum fuisse probabile est potius v. 4 latet.

XXIII.

Kaibel n. 994. Lepsius VI tab. 77 Gr. 69. Ectypum contuli.

Lectionem a Lepsio temptatam non attinet referre, cum Wescheri demum diligentia inscriptio lectu difficillima expedita sit. Neque ectypo quicquam proficimus.

XXIV.

Lepsius VI tab. 78 Gr. 83.

Epigramma quod l. l. Lepsius primus rettulit in figura quae dicitur filiae sinistrae Memnonis quae a latere cruris dexteri eius in solio exstat[1]) inscriptum est. Atque ductus carminis maxime evanidos esse vel ex eo conicias quod ab omnibus qui Memnonem ante Lepsium viserunt praetermissum est. Quare cum litteras fugitivas ectypo usus recte num exceperim valde dubitem, praeter meum ipsius apographum Lepsii integrum repeto.

Lepsii apographum.

ΘΗΒΗCЄΚΠЄΔΙΟΥCΙΓΟΑΡΟΤ / Α
//Λ///ΔΙΝΗΕΝΤΑΗΘΑC///// Μ/Μ ΤΛωCΜ
///C//ЄΚΛΥΑΜЄΜΝοΝΑΥΟΙCΛΥCΟΙ/// ΙΚ
ΛΤΛΠΤωΝΘΗΒΑΙΔοCЄΑΑ//// ///ΝΜο/////////
///////ΗοωЄΝωΝΧΑΛΚωΙΚΟΛΠΜ///// //ΑCCΑΛЄ
////CΑωΝΥωC((ΗΔЄΙCΙΡΔΛω///////////.ΙΙЄΙΗΝΗΚΤCV
/////ΠΟΤ/ΥΑΟΠΠοΙΙΝΓΑΓЄΝΓCΓ////////ΤΟ////////ΤΟC//
/////ΑΟΛΟΑΙ C Є Β Ρ Α Χ ЄΤCΥ/C///Α/////ΥΟΤЄΓ/////
////////////ο Μ Υ CΑΝΥCΥΟΤοΙΟ ΛΝ ΛΙ/ΤΥ//////
////////ΛC C ΜΟΟCΑCCΙЄΤΟCC //COΗΑΛΛ

[1]) v. Letronn. *Rec.* tab. XII, B.

Apographum meum.

ΘΗΒΗϹЄΚΠЄΔΙΟΥϹΙΝΑΡΟ . . Α
ΟΥΔΙΝΗЄΝΤΑΗЄΙΛΟΝΑΝΑΠΛωϹΑϹ
Ϲ.Η.ЄΚΛΥ . ΜЄΜΝΟΗΑΥΤΗϹ....ΟϹЄΠΙ
ΤΡΟΠЄωΝΘΗΒΗΙΔΟϹΗΙΑ....ΟΙΗΟ
Є . ΗΟΜЄΗωΝΧΑΛΚωΙΚΟΛΠ . . . . .ΑϹϹΑΔЄ
ΑωΟΧΘΟϹΘΗΛЄΙωΝΔΑ. . . . . .ΙΙΙΝΑΤΙΚΤЄ/
ΠΟΤΝΙΑΟΠΠΟΙΟΝΓΑΡЄΝΗ.Ο.....ΟЄΝΤΟϹ
ΘΟΘΑΡΑΙϹЄΒΡΑΧЄΤЄΥΧЄΑΚ . . ΙΙΟΥΟΤЄΓΙ
ΙΝΙΙϹΙΤΑΝΥϹΤΟЄΟΙЄΧΟΥ . . ΤΥ
Ο ΚЄΟΙΘΟϹΑϹΠЄΤΟϹЄϹΛ / .ΙΡΙΛΟΥ

Θήβης ἐ[ν] πεδίο[ι]σιν - - - - - δινήεντα
Νεῖλον ἀνα[π]λώσας [σῆς] ἔκλυ[ε], Μέμνον, αὐτῆς
- - ος ἐπιτροπέων Θηβηΐδος - - - - -
ϑ]ε[ιν]ομένων χαλκῶι κόλπων - - - -
ἄ]χϑος ϑηλειῶν - - - - - - - - τίκτε -
πότνια· ὁπποῖον γὰρ - - - - - - -
- - - ἔβραχε τεύχεα - - - -
- - - - - - - - - - -
- - ἄσπετος - - - -

Carminis argumentum ut restituerem mihi quidem non contigit: nisi quod primis versibus auctorem peregre advectum Memnonis vocem audivisse narratur; ubi lectio *Θήβης ἐκ πεδίου* cum verbis *Νεῖλον ἀναπλώσας κτλ.* conciliari nequit. Neque hexametri quot fuerint liquet, cum singulorum versuum spatia non aequent.

XXV.

C. I. G. 4781 v. 4—6. Lepsius VI tab. 76 Gr. 44.

Cum Letronnius et Franzius verbis C. I. G. 4781 unum titulum effici censuerint, meliore Lepsii apographo duos secernendos esse docemur. Nam postquam Burichius quidam professor Ascalonita [1]) pedestri sermone usus haec inscripsit:

---

[1]) De scholasticis cf. Letronn. *Rec.* II p. 311. coll. p. 275. 308. 313 etc.

Βουρίχιος σχολαστικὸς
Ἀσκαλωνίτης ἱστορήσας κατέγνων ἐ-
μαυτοῦ διὰ τὸ μὴ ἐγνωκέναι τὸν λόγον,

postea alter litteris usus quas hoc loco exprimendas curare non licet[1]) senarium apposuit:

τοῦ κἀπεδεξάμην σε τ(ῆς) ἐπιτριβῆς,
ὦ Βουρρίχιε.

i. e. ‚Ideo mihi probatus es propter animi demissionem tuam'. Ceterum in his *τῆς* scriptum Τϛ insigne exemplum est compendii tachygraphici, qualia saeculo p. Ch. altero vel tertio in usu fuisse apparet exemplo altero [Lepsius VI tab. 76 Gr. 53] in eodem sepulcro reperto:

ΔΑΔΟΥΧΟϹ
ϹΧΟΛΑ΄ΤΙΚΟϹ
ΪΑΤϚΗΛΘΟΝ
ϗΕΘΑΥΜΑϹΑ

Ubi v. 3 ΪΑΤϚ pro *ἰατής* s. *ἰατρός*, v. 4 ϗ pro *καί* est[2]). Ceterum geminatum *ρ* in nomine *Βουρρίχιε* non offendit.

XXVI.

Lepsius VI tab. 76 gr. 54 [»*Westl. Theben, Grab 9*«]. Rep. in eadem syringe atque C. I. G. 4766, 4770 b. 4781. 4783. 4785. Add. 4788 b. 4809, 4820.

Καὶ τόδ' ἐγὼ Κλεοβουλιανὸς μέγα θαῦμα νοήσας
ἠγασάμην, γαίης Δελφίδος ὢν ναέτης

Litterae ⲁ . ⲉ . ⲥ . ⲱ . V. 1 *θαῦμα* pertinet ad monumentum sepulcrale cuius in pariete versus colore rubro

---

[1]) cf. Letronn. *Rec.* tab. XXX, 150.
[2]) cf. Gardthausen, *Griech. Palaeogr.* p. 244.

inscripti sunt. V. 2 ἠγασάμην dicitur loco vocabuli in hoc genere titulorum usitati ἐθαύμασα.

XXVII.

Epigrammata in templo Pani dicato reperta.

»Ὕδρευμα τὸ ἐπὶ τοῦ Πανείου κατ᾽ Ἀπόλλωνος πόλιν« C. I. G. 4837. Cf. Letronn. *Rec.* II p. 239 sq. Dümichen *Gesch. d. alt. Aegypt.* Berol. 1879 p. 39 sq. Lepsius VI tab. 81 Gr. 119—171.

Ad Apollinopolim Magnam situs est trans Nilum fluvium pagus qui ab Arabibus Redesîeh vocatur: unde ad orientem versus profecti per unius diei iter ad templum in media Trogodytice conditum pervenimus quod deo Chem ithyphallico ab Aegyptiis, Pani a Graecis dedicatum esse credebatur.

Templo ex ipso saxo excavato obstructus est pronaus, cuius in pariete postico duae statuae regis exsculptae sunt. Cum autem ex inscriptionibus hieroglyphicis [1] appareat hoc loco, quem iam antiquissima aetate via ad oram maris Arabici et ad metalla auri smaragdique ducens attingeret, a rege Setho puteum effossum stationemque munitam esse, tamen neque Romanorum aetatis geographi Strabo Plinius Ptolemaeus templi illius atque castelli mentionem faciunt neque inter inscriptiones a Cailliaudio L'Hôtio Wilkinsonio Lepsio ibi descriptas ulla est latina; quamquam tria nomina romana (Trebonius Leps. Gr. 119. Severus ib. 120. Aelius Gellius ib. 142) inter sexaginta fere graeca inveniuntur. Quibus rebus perpensis titulos graecos vetustiores esse Romanorum in Aegypto dominatione conicere licet, cui rei illud convenit quod praeter litterarum formas rotundas etiam vetustiores **E**, **Σ**, **Ω** atque **Α**, **Ι**, **Γ** passim adhibentur.

Sed aetatem inscriptionum quamquam earum nulli annus appositus est etiam accuratius circumscribere possumus.

---

[1] v. Lepsius III tab. 138—141. Chabas *Inscript. histor. du règne de Séti I. Châlons* 1855.

Quoniam enim Plinio auctore[1]) Ptolemaeus Philadelphus »primus Trogodyticen excussit« atque oppida complura in ora maris Arabici constituit, recte videtur Letronnius conclusisse Satyrum illum qui in templo Panis statuam Arsinoes Philadelphi dedicavit eundem fuisse qui Philadelphi regis iussu oppidum Philoteram condidit[2]). Itaque tempore quod inter Philadelphi aetatem et Romanorum dominationem intercedit tituli illi graeci incisi sunt. Atque ut antiquitus ita Ptolemaeis regnantibus statio militum praesidio tenebatur[3]). Totam autem regionem vel subactis Trogodytis infestam fuisse ex formula *σωθεὶς ἐκ Τρωγοδυτῶν* saepius viatorum nominibus addita apparet. Ceterum hominum quorum nomina in templi parietibus incisa ad nostram aetatem pervenerunt, cum permultorum patria mercatura nota sit, ut Aeginetum [Leps. Gr. 150] Cretensium [122. 165] Cyrenaeorum [147. 148. 149] Pergaeorum [132. 143 (C. I. G. 4836 h.). 141. 170] Judaeorum [C. I. G. 4836 c]: ei maximam partem videntur mercatores fuisse qui Arabiam felicem eiusque oppidum Sabam peterent[4]). Nam etiam Arabiam felicem a Graecis habitatam esse testantur verba quae citat Miller[5]) ad Marcian. Heracl. p. 145 ex vita quadam Arethae manu scripta: *ἐν αὐτῇ δὲ τῇ Σαβᾷ χώρᾳ πάντες οἱ κατοικοῦντες Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι ὑπῆρχον.*

A.

C. I. G. 4838 coll. Add. III p. 1212. Kaibel n. 826. Lepsius VI tab. 81 Gr. 124 Ectypum contuli.

V. 1 **ΠΑΙΣΓΑΙΣ**. v. 2. **ΓΛΑΥ**////////**ΚΟΥΓΟΡ**//// /**Ι ΟΝ**; in media voce **ΓΛΑΥΚΟΥ** rasura; post **ΓΟΡ** 3—4 litterae exciderunt. V. 3 **Σ . ΘΕΙΣ**; **ΣωΘΕΙΣ** Lepsius, ectypum autem mihi quidem videtur **ΣΩ** etc. exhibere. V. 4 **ΓΗΣ ΑΓΟΤΗΣΣΑΒΑΙ**/ / // **ΩΝ**, post **ΒΑΙ** rasura.

---

[1]) VI, 29. cf. Monum. Adulit. C. I. G. 5127, A v. 10.
[2]) v. Letronn. *Rec.* II p. 241. Droysen *Hellenism.* III² p. 339; coll. 346.
[3]) v. C. I. G. III Add. 4836 c.
[4]) v. infra A. [5]) v. Droysen l. l. p. 307 *Anm.* 3.

V. 2 Letronnii supplementum *πόρε κόσμον*, quod ad ipsum carmen teste Lepsio in pronao templi inscriptum pertinere verisimile est, recte habere videtur. Eiusdem lectione v. 4 *Σαβαίων* confirmata quod Franzius correxit *Ἀράβων* refellitur.

Franzius epigrammata Kaib. n. 826, 825, 976 cum Cailliaudio auctore mox ad templum in deserto, cui nomen Elithya, situm mox ad Apollinopolim Magnam rettulisset, ea iam a Letronnio uni Panis templo attributa esse in Addendis non animadvertit; ignorat etiam Kaibel.

B.

C. I. G. 4835 b. Kaibel n. 976. Lepsius VI tab. 81 Gr. 127. Ectypum contuli.

V. 1 ΠΡΟΣ] ΓΡΟΣ; etiam in versu altero littera ο ceteris minor est: in fine ΠΑΝΘΗΒΩΝΛΙ] ΓΑΝΘΗΒΩΝΑΓο. V. 2 Wilkinson ΠΟΣΕΙΔΗ.., Lepsius ΓοΣΕΙΔΙ////, ectypum ΓοΣΕΙΔF.

Versuum in columna pronai inscriptorum auctor neque *Ποσείδηος* quod Kaibel Wilkinsonii apographo nisus proposuit, neque *Ποιείδιος* quod Letronnius restituit, audit; sed ectypo supplementum Franzii *Ποσείδεος* comprobatur.

C.

C. I. G. 4838 b coll. Add. III p. 1217. Kaibel n. 825. Lepsius VI tab. 81 Gr. 135. Ectypum contuli.

V. 1 ΞЄΙΝΟΝΤΙΜΗCΑΝΤЄCΟΔΟΙΓΟΡΟΙ etc.
V. 2 CΤЄΙΥЄΤЄ] CΤЄΙΧЄΤЄ.
V. 3 ΚΟΗC] ΚΡΗC. ib. ЄΟΗΚЄ] ЄΘΗΚЄ.
V. 4 ΗΡΟC] ΗΡωC.

Teste Lepsio carmen in saxo inscriptum est. V. 4 quod Kaibel vocabulum *ἥρως* a Pane praedicari censet, Phido non ignarus deum externum (Chem) coli, non Pana sed *ἥρωα τόνδε ξεῖνον* Aegyptiorum appellat.

Versum 4 huius epigrammatis Antiochus quidam in suum usum vertit ita (Lepsius VI tab. 81 Gr. 160):

ΑΝΤΙΟΧΟϹ
ѠΙΔΙΔΟΥЄΥΤΥ+ΙΑΝΓΡΑΜΜΑ//////

Ἀντίοχος,
ὧι δίδου εὐτυχίαν, γράμμ' ἀ[νέθηκε τόδε.

D.

Lepsius VI tab. 81 Gr. 158.

ΠΑΝΙΧΑΡΙΝϹѠ
ΘЄΙϹЄΥΤΥΧΙΔΗϹ
ЄΘ ЄΤΟ
ЄΚΤΡѠΓΟΔΥΤѠΝ
////////////////////////

Πανὶ χάριν σωθεὶς Εὐτυχίδης ἔθετο
ἐκ Τρωγοδυτῶν.

Pentametro auctor verba ἐκ Τρωγοδυτῶν addidit; post quae nihil scriptum fuisse videtur. Formulam iam supra explicatam σωθεὶς ἐκ Τρωγοδυτῶν habes praeterea: Lepsius l. l. Gr. 122 (in statua dextera pronai inscript.)

Α//////////ΕΤΙΜΟΣΚΡΗΣ [1])
ΚΟΥΡΤΩΛΙΙΑΟΣ
ΠΑΝΙΕΥΟΔΩΙ
ΣΩΘΕΙΣΕΚΤΡΩΠΔΥΤΩΝ *sic*

ib. 133 in saxo incisum [C. I. G. III Add. 4838 k.]:

ΕΥΦΑΙΔΑΣ
ΣWΘΕΙΣΕΚΤΡΩΓΥΔΥΤ/// (T in fine ex ectypo addidi)

[1]) ΕΤΙΜΟΣ ectypum: Lepsius ΓΤΙΜΟΣ exhibet.

ib. gr. 157:

ΜΕΝΕΑΣ
ΣΩΘΕΙΣΕΚΤΡΩ
ΓΟΔΥΤΩΝΠΑ
ΝΙΕΥοΔΩΙΧΑΡΙΣ

ib. gr. 170:

ΠΑΝΙΕΥΟΔΩΙ
CΩΤΗΡΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΓΕΡΓΑΟC *sic*
CΩΘΕΙCΕΚΤΡΩΓΟΔVΤΩΝ

Formam nominis ,Trogodytae' non ,Troglodytae' ab omnibus fere scriptoribus latinis usurpari notum est. Nam et apud Ciceronem de div. 2, 44, 93 male contra codices »Troglodytas« editur et Plinii (2, 178; 185; 228. 5, 43. 6, 154; 164; 169; 189. 7, 23: 31. 8, 25) et Martiani Capellae (6, 702) codices omnibus locis sine ulla fere discrepantia »Trogodytae« exhibent. neque apud Pomponium Melam (9, 9. 14, 12 ed. Parthey.) et apud Solinum (144, 3. 153, 16. 229, 8. 9 ed. Momms.) Troglodytae legitur nisi in libris deterioris notae: eosdem auctores sequitur Isidorus (cf. Letronn. *Rec.* II p. 247). Neque vero minus apud Graecos formam *Τρωγοδῦται* in usu fuisse non solum titulis supra citatis[1]) sed etiam meliorum codicum lectionibus demonstratur. Sic Her. 4, 183 codex Vaticanus R deterioris generis antistes *Τρωγλοδῖται*, Florentinus A a prima manu et Passioneus B *Τρωγοδῦται* exhibent. Etiam Strab. 15, 696 cum in optimo codice Vaticano *Τρωγοδῦται* legitur tum epitomator Strabonis diserte docet *ὅτι Τρωγοδῖται ἄνευ τοῦ λ λέγει ὁ Στράβων.* Quamquam cum ceteris locis omnibus *Τρωγλοδῦται* codices praebere videantur, Kramer illam formam aspernatus est. Apud Diodorum in editionibus legitur *Τρωγλοδῦται*: Wesseling nihil usquam discrepantiae adnotavit. Unum quod superest exemplum in lapide scriptum monumenti Adulitani (C. I. G. 5127 v. 10) ΤΡΩΓΛΟΔΥΤΙΚΩΝ, quoniam inscriptionem hanc non habemus nisi per libros ma-

---

1) Tituli non variant nisi in alterius syllabae vocali: n. 133 est *Τρωγυδῦται*, n. 122 ΤΡΩΠΔΥΤΩΝ i. e. ΤΡΩΓΙΔΥΤΩΝ.

nuscriptos traditam, ad formam *Τρωγλοδῦται* commendandam valere non potest.

E.

Lepsius l. l. 165.

ΓΑΣΙΘΕΜΙΣΜΑΝΕΓΡΑΨΕΝ
ΟΜΑΛΤΑΔΑΛΙΠΑΡΑΙΟΣΚΡΗΣ

Πασίθεμις μ' ἀνέγραψεν ὁ Μαλτάδα Λιπαραῖος Κρής.

In fine versus hexametri auctor ultima genetivi *Μαλτάδα* correpta vocis *Λιπαραῖος* primam syllabam produxit, eiusdem paenultimam corripuit. Verbis *Λιπαραῖος Κρής* non designatur homo Cretensis in Liparaeorum Siculorum civitatem receptus (tum enim per *καί* copulam ethnica duo iungenda erant, ut fit in titulo Olympiae nuper reperto Kaib. n. 744 *Πραξιτέλης . . . Συρακόσιος . . . καὶ Καμαριναῖος κτλ.*, C. I. G. 3426 in titulo Philadelphiae reperto: *Ἀρτεμίδωρος Κυμαῖος καὶ Ἀθηναῖος καὶ κτλ. καὶ ἄλλων πολλῶν πόλεων πολείτης*, ib. 1717 in titulo Delphico *Ἰούλιος Αὐτόφιλος Θεσσαλὸς Ὑπαταῖος καὶ Δελφός* etc.): verum civis Liparae oppidi in insula Creta siti, licet de eius nominis oppido Cretensi nusquam quicquam tradatur. Ita autem cum aliorum populorum cives significantur (cf. in titulo modo allato *Θεσσαλὸς Ὑπαταῖος*, in Cumanudis tit. sepulcr. Att. 1806 *Ἀγεμὼν Θετταλὸς Σκοτουσσαῖος*; C. I. G. 1723 *Χρῆστος Πρώτου Θεσσαλὸς Λαρεισαῖος Πελασγιώτης*, 6473 *Σύμφορος Σικε(λιώτης) Πανορμίτης*: Kaib. n. 188 *σᾶμα τοῦ Κυπρίου τοῦ Σαλαμινίου*; ethnico patriae nomini praeposito similiter C. I. G. Add. 2477 c *Θεσσαλὸς ἐκ Φαρσάλου*, 1583 *Αἰολεὺς ἀπὸ Μουρίνας*, 2907 *Κύπριος γένος ἐξ Σαλαμῖνος* [1]): tum maxime apud Cretenses hic usus sollemnis fuit. Sic C. I. G. add. 2561 b iudices memorantur ex senatus Romani decreto dati ut *Κρησὶν Ἰτανίοις καὶ Ἱεραπυτνίοις* iudicarent. Ib. 6377 in titulo Romae reperto legitur *Ἐπαφρᾶς Κρὴς Πολυρήνιος*, ubi Franz hominem Cretensem propter

[1]) Diversum est C. I. G. 1590 *Νικαιεὺς ἀπὸ Βιθυνίας.*

opulentiam *Πολυρήνιος*, i. e. *πολύρρην* vocari adnotavit: sed Polyrrheniorum civitatem in Creta fuisse apparet ex C. I. G. 3054 (cf. lemm. n. 3045). Idem statuendum de verbis epigrammatis Semonidei *Κρὴς γενέαν Βρόταχος Γορτύνιος ἐνθάδε κεῖμαι κτλ.* (Anth. Pal. VII, 516). Denique luculenter ea de re constat ex Philonidis hemerodromi titulis nuperrime Olympiae repertis (*Archaeol. Zeit.* 1879 p. 139. 209 n. 275. 329): quorum verba *Φιλωνίδης ... Κρὴς Χερσονάσιος* quid significent explicat Pausanias VI, 16, 5: *Φιλωνίδης γένος μὲν ἐκ Χερρονήσου τῆς Κρητῶν.* Atque ibi Dittenberger p. 139 et alterum exemplum *Κρὴς Χερσονάσιος* citat (Cumanud. l. l. n. 1917) et simile *Κρὴς Ὀάξιος* (ib. n. 1915). Itaque cum in inscriptione Leps. Gr. 122 (supra p. 52) exstet **ΚΡΗΣ ΚΟΥΡΤΩΛΙΙΑΟΣ**, quamquam nomen *Κουρτωλιαῖος* aliunde notum non est, tamen non dubito quin ita civis eiusdem oppidi Cretensis designetur quod C. I. G. 2554 v. 152 *Κορδωΐλα* vocatur ad rivum prope Lato urbem in mare effusum siti.

Epigrammata Philis in insula reperta.

Ad aetatem epigrammatum eorum determinandam quae in pariete exteriori pylonis magni Philis exstructi [1]) incisa sunt, explicare attinet quo tempore ipse pylon aedificatus et figuris inscriptionibusque hieroglyphicis ornatus sit et quomodo tituli graeci inter figuras eas dispositi sint. Nam quae Letronnius [2]) eisdem de rebus proposuit iam Lepsii tabula 84 sq. multifariam corriguntur. Ac primum quidem mediam pylonis portam magnam Nectanabis regis aetate [378—360 a. C.] exstructam esse nominibus eius hieroglyphice inscriptis demonstratur. In porta autem sinistra Philometoris [181—146 a. C.] nomen, in ipso pariete quo porta Philometoris circumdatur nomen Dionysi [81—52] leguntur [3]). Inde apparet totam partem sinistram py-

---

1) v. Letronn. *Rec.* tab. II n. 2, g. Leps. VI tab. 84, H.
2) *Rec.* II p. 3—22 coll. tab. XVIII—XXII.
3) v. Leps. IV tab. 24—26. 52.

lonis cum porta certe Philometoris aetate aedificatam, a Neo Dionyso autem figuras et inscriptiones hieroglyphicas additas esse. Iam vero ex titulis graecis qui iam antea in pylonis pariete insculpti illis Dionysi ornamentis temptati et ex parte laesi sunt, si epigramma infra XXXI A relatum omittas, quod num annum primum (81 a. C.) an tricesimum, i. e. ultimum Dionysi (52 a. C.) inscriptum habeat non liquet, nullus recentior est anno XIX. Dionysi [63 a. C.] [1]); qua re pylon putandus est aut intra annos 63—52 aut ipso quo mortuus est Dionysus anno 52 a. C. figuris ornatus esse. Cui rei convenit, quod nullus titulus aetatis Augusti ornamentis iuxta exsculptis mutilatus est. Omnes enim qui a latere sinistro portae Philometoris leguntur, figurae regis hostes capillis prehensos flagellantis diligenter accommodati sunt, quorum complures, veluti epigrammata quae infra tractabimus, Augusti et Tiberii annorum notam diserte ferunt.

XXVIII.

Catilii carmina.

A.

C. I. G. 4923 coll. Add. III p. 1226. Kaibel n. 978. Lepsius VI tab. 88 Gr. 255. Ectypum contuli.

Plurima Letronnii supplementa Lenormanti et Bailii apographis quae Franzius in Addendis rettulit, firmata sunt. Haec tamen secundum Lepsium adnoto. Pentametri nullo spatio a

---

1) v. Leps. VI tab. 86 gr. 237:

- - - - συγγενὴς καὶ στρατηγ[ὸς καὶ]
ἐπιστράτη[γος τῆς] Θηβα[ΐδο]ς - - - -
- - - - - - - - - - - - - - - - - -
κατανιτήσας - - - - - πεποί[ηκ]α
τὸ] προσκύνημα βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ
Ν[έο]υ Διονύσου Φιλοπάτορος [Φιλαδέλφ]ου - -
- - - - -
LΙΘ Παχών - -

margine interiecto incipiunt. Litterae apicibus parvulis exornatae sunt; forma M constanter, Π et Π promiscue adhibentur. ΚΑΤ supra syllabas v. 1 CAPI scriptum Franzius ex Letronnii tab. XXI non addidit. V. 5 ΙΑΡΑΙΕΝΠΕΤΡΑΙ ΤΟΚΑΤΙΛΙΟCΑΓΝΟΝΕΘΗΚΕ; litterae ΙΤΟ in ectypo non apparent. — V. 6 ΓΡΑΜΜΑΠΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΔΕΥΡΟ ΜΟΛωΝΠΟΛΙΟC: in ectypo ΑΛ et ΡΟΥ non agnovi. — V. 7 ΑΝ - - - ΜΕΓΑ - - -] ΑΝΕΚΜΕΓΑΛωΝ: ultima ΛωΝ in ectypo non legi. V. 11 ΦΥΛΑΙ] ΦΙΛΑΙ; in fine Lepsius cum ceteris CΑΙΓΥΠ, ectypum C ΓΥΠ. V. 12 Lepsius cum ceteris ΑΙΘΙΟΠ, ectypum non exhibet nisi ΑΙΘ Π; cordis imaginem a Bailio in fine eiusdem versus traditam neque Lepsius neque ectypum firmat. — V. 15 Lepsius ΝΙΚΑΝΟΡΟC, in ectypo apparet ΝΙΚΑΝΟ. — Vs. 16. 17 LΚΓΚΑΙCΑΡΟC ΦΑΜΕΝωΘΙΒ Bailius recte rettulit.

Litteris ΚΑΤ in capite carminis insculptis poeta nomen indicare voluit quod postea mutato consilio in calce tituli reposuit. Kaibel si in repetendis Catilii carminibus Franzii Addenda inspexisset, uncis partim abstinere poterat. Sic v. 2 in voce ΕΛΕΥΘΕΡΙωΙ iota mutum a Lenormantio et Bailio relatum est; versum 4 qualem Letronnius restituerat Bailius recte tradidit. In initio v. 5 cum Lenormanti apographum secutus Letronnius *γαίᾳ ἐν Αἰθιόπων* reposuisset, Franzius cum Bailio *ἕδρᾳ ἐν Εἰσιακῇ* scripsit; dilucidius etiam Kaibel supplemento *Ἴσιδος ἐν προπύλοισι* locum designari voluit quo carmen incisum esset. At lectione nunc patefacta

ἱαρᾶι ἐν πέτρᾳ τὸ Κατίλιος ἁγνὸν ἔθηκε
γράμμ(α)

ipse propylonis paries significatur. In verbis *τὸ Κατίλιος ἁγνὸν γράμμα* articulus modo homerico usurpatur. Formam *ἱαρός* pro *ἱερός* Catilius prima producta etiam in carmine altero (B = Kaib. n. 980) v. 5 usurpat. — V. 6 usque ad finem omnia Letronnii supplementa firmantur. V. 8 genetivum *Αἰγύπτω* Kaibel male mutavit in *Αἰγύπτου*; idem quod v. 9 *στάλλαι* dedit, iam ex Bailii et Lenormanti apographis *στάλαι*

petendum erat. In subscriptione ante anni notam (qui est annus 7 a. C.) patris Catilii eiusdemque Nicanoris notationem *τοῦ Νικάνορος* Kaibel omisit.

B.

C. I. G. 4924 coll. Add. III p. 1227. Kaibel n. 980. Lepsius VI tab. 89 Gr. 274. Ectypum contuli.

//////////////////////////////YANACKAIΦΙΛΑΙ////
//////ЄΧΟΝΓ\ΙΛΝΚΑΤΑΨΥΧΑ Ν ΧΑΡΙΝ////
////ΑΠЄΧΘωΝΑΜΒΟΛΑCΚΑΤΙΛΙΟC////
// /////ΟΝΓΡΑΦЄΙΟΝЄΙCΜΝΑΜΑΝΤΟΔЄ///
//////ΡΑΓΝΟΝЄΝЄΚΟΛΑΨЄΝΙΑΡω
// //// ΠΟΙCΤΑCΚΑΛΑCΔΡΑΚωΝΦΙΛΑC
////// ΞωΙΜΗCΥΝЄΙΞЄΥΚΤΑΙΞЄΝЄ
// /// //// ΑCΤωΥωΤΑΠΡΟCΘЄΟΙC
/////// ΝΟΥΔЄΚΑΡΦΟCЄΒΛΑΒΗ
///////ΙΑΓΝωCΙCЄΨΔЄΧΟΙΤΥΧΑΙ
/// //// CΚΑΙΘЄΟΙCΤ////// ΙωΜЄΝΟC
ΑΜΟΙΟΚΑΙΚΑΙΚΑ////////CωΙΟΙΚΥΠΡΙC

V. 2 ЄΧΟΝΙΙΙΛΙVΙΙ\ΓΑ Lenormant, ЄΧΟΝΙΙΙΛ''\ΤΑ Lepsius; atque ΑΝΚΑΤΑ extitisse ex ectypo certo apparet. — V. 5 apsidem litterae Ρ vel Β ex ectypo addidi. — V. 10 ωCΙCЄΙΔЄ Lenormant, ωCΙΟЄ//ΛЄ Lepsius. — V. 12 in initio Lepsius ////ΟΙCΚΑΙ.

Χαίροιτέ μοι, Πύλα Σ]υάνας καὶ Φίλαι
⏑ – ἔχον[τι τὰν κα]τὰ ψυχὰν χάριν.
μακρὰς δ'] ἀπέχθων ἀμβολὰς Κατίλιος
λαβὼν σοφ]ὸν γραφεῖον εἰς μνάμαν τόδε
μναμεῖον] ἁγνὸν ἐνεκόλαψ' ἐν ἱαρῷ
ἐμοῖς προσώ]ποις τὰς καλὰς δρακὼν Φίλας.
– – – – – μὴ συνέζευκται, ξένε,

– – – – – – – – – – *τῶ ὑῶ? τ[ὰ] πρὸς θεοῖς*
– – – – – – – – – – – – – *οὐδὲ κάρφος ἐβλάβη*
– – – – – – – – – – – – – – – *εὐ δ' ἔχοι τύχαι*
φίλος τε θνατοῖ]ς καὶ θεοῖς τ[ιμ]ώμενος·
αὐτὸν δὲ] – – – *καὶ κα[λὰ] σώζοι Κύπρις.*

Placuit totum carminis contextum repetere, cum neque a Letronnio neque a Franzio satis intellectum esset. Prius autem quam Kaibelius Lenormantii apographo prorsus neglecto ipsius atque Wilamowitzii coniecturas proposuit, Lauthius modo prorsus diverso carmen restituere temptavit[1]. Censet enim vir acutus Catilium Philas advectum esse, ut propter filii valitudinem Isidem Sospitem (*Σώτειραν*) exoraret. Atqui non modo nullo loco de filio aegroto agitur, sed ipsa verba v. 8 *τῶ ὑῶ* num recte Letronnius legerit valde dubito. Neque Isidis auctor omnino mentionem fecit: immo Catilium qui insulam Isidi dedicatam adierit et in eius deae templi parietibus carmina sua inter innumerabilia proscynemata inscripserit, et Iovem (Kaib. n. 978 v. 2) et Venerem (ib. 980 v. 12) neque Isidem invocare conspicuum est. Quae autem Lauthius ad verba et versus constituendos protulit, ut illi parcam silentio praetereo.

Letronnius cum v. 1 Syenes et Philarum nomina fuisse recte monuisset, in transcribendo verba tradita in *Συάνᾳ καὶ Φίλαις* mutavit. Sed genetivum *Συάνας* cum nominativo *Φίλαι* con-

---

[1]) *Sitzungsber. d. bayr. Acad.* 1877 p. 223 sq., ubi haec edidit:

Ἀνῆνθεν ἐς Πύλαν Σοάνας καὶ Φίλαις
τὰν ναῦν προσέχοντι ἐξεῖλεν ἀγὰ ψύχαν, χάριν
θεῶν· ἀπέχθων δ' ἀμβολὰς Κατίλιος
λαβών τε τὸ ὃν γραφεῖον εἰς μνάμαν τόδε
τὸ προσκύναμ' ἁγνὸν ἐνεκόλαψ' ἐν ἱαρῷ.
Πύλαις, ἔβητ' εἰς τὰς καλὰς δράκων Φίλας,
ἃ σύζυγος τῷ μὴ συνέζευκται, ξένε,
ὃς καὶ διάγει ἑκὰς τῶ ὑῶ, τὰ πρὸς θεοῖς
ἀμύμονος μὲν, τοῦ δὲ κάρφος ἐβλάβη.
ἅδ' ἐστὶ τῶ ἄγνωσις. Εἰ δ' ἔχοι τύχᾳ
δόξειε καὶ θεοῖσι – τὸ προ – τῶ μένος
μένον εἰς αἰῶνα καὶ καλὰ σώζοι Κύπρις.

iunctum esse offendere nequit, quoniam oppidum illud sollemniter ἱερὰ Πύλη Σοήνης (Σουήνης, Συήνης) audit [confer e. g. C. I. G. 4884 b]. Iam cum de nominativis cogitari nequeat deficiente praedicato, Catilium insulam atque oppidum alloqui eaque (quae in carmine Kaib. n. 979 valere iubet salutare verisimile est. Caesura versus neglecta nomini proprio condonetur.

V. 3 ἐπελθών Franzii supplementum, cui Kaibel Νείλου δ(έ) addidit, refutatur lectione ἀπέχθων ἀμβολάς. Qua in explicanda haereo: quamquam ἀπέχθων idem significare ac simplex ἔχθων facile statuimus.

Supplementis vs. 4—6 prolatis versuum sensum assecuti esse viri docti videntur: certe μναμεῖον quod Kaibelius v. 5 reposuit verbis μνῆμα τῆς μνήμης χάριν ἔτευξε τοῦτο κτλ. (Kaib. n. 424 v. 2) commendatur. Partis vero posterioris quantum ex reliquiis intellegi potest, poeta sententias ad mores spectantes addidit atque homini pio bonam fortunam et deorum hominumque praemia precatur. Quomodo autem hi versus et antecedentibus adnexi sint et inter se coniuncti, parum liquet. V. 7 ob negationem μή particula quae antecedat εἰ vel similis desideratur. Verbis τὰ πρὸς θεοῖς quae fortasse cum συνέζευκται iungenda sunt — Wilamowitzii supplementa μισητὸς ἀστοῖς ἐστ᾽, ἀνιηρὸς θεοῖς ferri nequeunt — significantur deorum instituta ac leges. V. 10 optativus ἔχοι quem Kaibel recipere ausus non est, non magis quam v. 12 σώζοι offendit. V. 11 cum in initio CKAI legeretur, Wilamowitzii et Franzii supplementum φίλος βροτοῖσι in φίλος τε θνατοῖς facile mutavi. V. 12 quod bis scriptum est KAI non describentis est error, id quod putat Kaibel, verum lapidarii.

C.

C. I. G. 4924 b. coll. Add. III p. 1227. Kaibel n. 979. Lepsius VI tab. 87 Gr. 257. Ectypum contuli.

V. 1 KAMO| KAMЄ. V. 2 ЄTMAΘЄ| ЄΓMAΘЄ.

Letronnius et Franzius carmen tertio inter Catilii epigrammata loco, Kaibelius altero posuerunt. Ex carminum in pariete

dispositione nihil quidem concludi potest; sed cum poeta in hoc carmine reditus atque parentum denuo visendorum mentionem faciat, probabile est id postremo conceptum atque ultimo loco collocandum esse. — Vs. 9. 10 mire Lauthius (l. l. pag. 223) maluit legere *ἀλλ' ὅ-ρος κατάλοιπον ἔχω.*

XXIX.

C. I. G. 4925. Kaibel n. 982. Lepsius VI tab. 90 Gr. 296.

Droysen quamquam *Hellenism.* III¹ pag. 44 adn. 3 diserte dixit se in ectypo Lepsiano lectionem *ἐπόλισσεν* dispexisse, ib. III² pag. 335 *ἐποίησε* retinuit.

XXX.

C. I. G. Add. III 4935 b. Kaibel n. 985. Lepsius VI tab. 87 Gr. 252. Ectypum contuli.

ΙΟΥΝΙΟCΕΝΘΑCΑΒΙΝΟCΕΧωΝΙΤΥΡΑΙΙΔΑΠΟΡΠΑΝ
ΙΚΤΟCΥΗΝΑΙΑCΕCΜΟΝΑΓωΝCΤΡΑΤΙΑC
ΑΠΑΝΟΕΡΤΕΥΟΥCΑΝΕΟΙCΕΓΑΝωCΕΝΙΑΚ ΧΟΙC
ΕΙCΙΝΕΚCωΖΕΙΝΚΟCΜΟΝΕΠΙCΤΑΜΕΝΑΝ
//////////////ΙΥΛΑΜΕΜΗΝΟΤΑΡωΜΥΛΙΔΑΙCΙ
//////////////ΑCΗΚΕΝΕΧωΝΑΓΕΛΑC
//////////////ΙωΛΟΝΕΡΕΙCΤΟΤΕΚΑΙΠΑΡΟCΑΝΗΡ
//////////////ΑΙCΤΕΦΟCΑΡΜΟCΑΤΟ

Litterae v. 4 ΕΚC, v. 6 Λ, v. 7 Π in ectypo non apparent: ex eodem autem v. 5 Ι lectioni Lepsianae addidi.

Ἰούνιος ἔνθα Σαβῖνος ἔχων Ἰτυραΐδα πόρπαν
ἵκτο Συηναίας ἑσμὸν ἄγων στρατιᾶς,
ἃ πανεορτεύουσαν ἑοῖς ἐγάνωσεν ἰάκχοις
Εἶσιν ἐκσώζειν κόσμον ἐπισταμέναν·
καὶ γὰρ ἄμυνεν φ]ῦλα μεμηνότα Ῥωμυλίδαισι,
τῶν θράσος ἐκδικάσ]ας ἧκεν ἔχων ἀγέλας.
σωθεὶς δὴ κατὰ μ]ῶλον, ἐρεῖς, τότε καὶ πάρος ἀνὴρ
ἀνταπέδωκε χάριν κ]αὶ στέφος ἁρμόσατο.

Carmen a latere sinistro portae Philometoris prope figuram regis qui hostes capillis prehensos flagellat incisum est. Cum in titulis eo loco inscriptis non numerentur nisi Augusti et Tiberii anni, Iunii carmen eiusdem videtur aetatis esse. Quocum congruit quod et litterae similiter atque in Catilii epigrammatis apicibus exstructae sunt et formae doricae adhibentur. V. 1 iam pro eo quod Letronnius coniecerat *ἔχων ἱππαΐδα πόρπαν* diserte legimus *ἔχων Ἰτυραΐδα πόρπαν*, quorum verborum explicatio non minores praebet difficultates. Ituraeorum cohors sive ala in inscriptionibus aegyptiis saepius commemoratur[1]: quo si verba illa referre volueris, *ἔχων Ἰτυραΐδα πόρπαν* is erit qui fibula singulari eques turmae Ituraeorum designetur. Quali de insigni cum nihil notum sit, nescio an *πόρπα* potius vocis *πόρπαξ* notione fungatur quam Hesychius quidem testatur glossa *πόρπη*: *ὁ ἀνοχεὺς τῆς ἀσπίδος εἰς ὃν ὁ πῆχυς ἀνίεται*. Unde Sabinus *πόρπαν* pro *ἀσπίδα* vel *πέλτην* dixisse videtur, ut se ex Ituraeorum equitibus esse significaret. Altero versu disertius se ducem cohortis appellat. Ac poterat quidem vox *πόρπη* si modo idem exprimit quod *πέλτη*, eodem iure ad turmam ipsam significandam adhiberi[2]: quamquam ea in explicatione offenderet quod verbis *ἑσμὸν ἄγων στρατιᾶς* additis idem bis exprimeretur. V. 3 Franzius recte restituit neque mutare debebat Kaibel *ἔνθα πανοπτεύουσαν*. V. 4 Letronnius *Εἶσιν καὶ σώζειν*, Kaibelius *Εἶσιν ὅλον σώζειν* etc. metri causa scripserunt: sed Iunius *Εἶσιν ἐκσώζειν* prioris vocis syllaba ultima producta dedit. Ad sententiam v. 4 confer Kaib. add. n. 874 a ubi Sarapis, Isidis *σύνναος θεός*, appellatur *κοίρανος κόσμου καὶ χθονός*, et ib. n. 1028 v. 30 sq. ubi Isis de se ipsa loquitur:

πυροέντων
ἀέλιον πώλων ἁγήτορα φαίνοπα κύκλων
ἐς πόλον εἰθύνεσκον, ἵν᾽ εὐκόσμοισι πορείαις
ἄξοντες ἰλίγγοισι περικτυπέοντι διαύλωι
νύκτα διακρίνωσιν ἀπ᾽ ἤματος.

---

[1] C. I. G. 5050. Leps. VI tab. 97 Gr. 439. 445. C. I. L. III[1] p. 13 n. 59. Cf. VI 421.

[2] cf. Eur. Alc. 498. Rhes. 410.

Hoc loco quo spectet illa laus mundi servati, statim explicatur. Nam versuum qui sequuntur fragmentis a Lepsio traditis apparet de Romanorum hostibus barbaris agi quos Iunius Isidis auxilio se vicisse gloriatur. Ultimo disticho a lectore, opinor, auctoris pietatem, cuius et nunc et prius exempla ediderit, comprobari fingitur. His supplementa accommodavimus quae quam incerta sint non ignoramus.

XXXI.

A.

Lepsius VI tab. 86 Gr. 232 coll. tab. 84. Ectypum contuli.

ΝΕΙΛΟΥΠΕΡΑϹΑϹΙΑΡ
Ϲ ϽΡΟΥ ΕΓΑΝΓ///ΟΡ
Ν ΛΙ ϽΗΚωΠΡΟϹ
Μ ΗΝΙU Ν
ΜΝΕΙΛ ΕΠΑΓΑΘωΙ
ΤωΝ ΔΙωΙ ΙΙ
LΛ ΘωΥ

Hae versuum reliquiae signis hieroglyphicis supra positis in ectypo certo dispiciuntur; Lepsii supplementa e carmine Kaib. n. 984 desumpta omisi. V. 7 aut LΛ quod dedit Lepsius aut L/, i. e. LΛ agnoscitur.

Νείλου περάσας [κ]αρ[ποφό]ρου [μ]έγαν [π]όρ[ον
Μ[ένανδρος] ἥκω πρὸς μ[εγάλ]ην Ἶ[σιν θεάν
μνεῖα[ν] ἐπ᾽ ἀγαθῶι τῶν [ἰδ]ίω[ν ποιούμενος.
L$\bar{\alpha}$ (vel $\bar{\lambda}$) *Θωύ[θ –*

Titulus a latere dextero portae Philometoris incisus signis hieroglyphicis a Neo Dionyso additis fere deletus est. Qua re cum eum ad Auletae aetatem referendum esse verisimillimum sit, annus est aut 81 aut 52 a. C., litterarum autem forma recentiori considerata mihi quidem videtur annus tricesimus praeferendus esse.

Iam cum idem versus Kaib. n. 983 et 984 in titulis aetatis Augusti [v. infra] legantur, utriusque archetypon carmen

hoc esse apparet. Nomen auctoris v. 3 intercidit. V. 6 *οἱ ἴδιοι* propinqui et affines sunt quales Kaib. n. 983 *γονεῖς καὶ ἀδελφοί* nominantur.

B.

C. I. G. 4936 coll. Add. III p. 1230. Kaibel n. 984. Lepsius VI tab. 87 Gr. 240. Ectypum contuli.

Addendi sunt tres versus qui cum titulo insuper insculpto confusi Wilkinsonium et Bailium effugerunt:

v. 5. ΓΟΝΕωΝΠΟΙΟΥΜΕΝΟCΚΑΙΤωΝΑΔΕ
ΛΦωΝΚΑΙΦΙΛωΝΜΟΥΚΑΤΟΝΟΜΑLΛΓ
ΚΑΙCΑΡΟCΜΕCΟΡ ///

Accedit igitur in fine carminis idem versus qui Kaib. n. 983 v. 4 legitur:

καὶ τῶν ἀδελφῶν καὶ φίλων μου κατ᾽ ὄνομα.

Annus ΛΓ Augusti est 4. p. C.; mensis *Μεσορή* [XXV. Iul. — XXIV. Aug.] dies interiit. Ceterum confer carmina A. et C.

C.

C. I. G. Add. III 4936b. Kaibel n. 983. Lepsius VI tab. 88 Gr. 265.

v. 1. ΚΑΡΠΟΦΟΡΟΝ] ΚΑΡΠΟΦΟΡΟΥ. v. 4. ΚΑΙΤΟ ΝΟΜΑ] ΚΑΤΟΝΟΜΑ.

V. 1. *καρποφόρου*, quod Kaib. n. 984 v. 1 recte lectum est, hic quoque reponendum. Annum secundum in fine additum Letronnius ad Ptolemaeum Auletam pertinere censuit. Sed cum carmen eodem parietis loco quo Kaib. n. 978—980. 985, C. I. G. 4931. 4922 al. incisum sit, in quibus omnibus Augusti et Tiberii anni numerantur, eidem aetati hoc quoque tribuendum esse apparet. Atque equidem annum alterum Tiberii esse [15 p. C.] censeo. Demetrius autem cum non solum auctoris tituli

A sed etiam Sarapionis [B] verba imitaretur, Ἶσιν non Εἶσιν dedit nec v. 2 τὴν ἐν Φίλαις praeter metrum addidit.

XXXII.

C. I. G. 4943. 4944 coll. Add. III p. 1232 sq. Kaibel n. 981. Lepsius VI tab. 89 Gr. 272. 273. Ectypum contuli.

Ad textum in Addendis a Franzio compositum haec noto: formae Θ et Θ promiscue usurpantur. v. 3 ΚΕΥΜΑ] ΧΕΥΜΑ; in fine ΟΛΒ . .]ΟΛΒΟΝ. v. 5 ΦΙΛΩΝ]ΦΙΛΑ. v. 7 ΗΜΑ.] ΗΜΑΣ. v. 9 ΑΙΓΥΠΤΩΙΟ] ΑΙΓΥΠΤΟΙΟ. v. 13 ΑΞΙΟΣΩΡΟΝ] ΑΞΙΘΕΩΡΟΝ. v. 14 . . ΠΑΝΤΕΣ] ΗΝΠΑΝΤΕΣ. ΛΣΔΡΕΣ] ΑΝΔΡΕΣ. in fine v. ΣΕΜΝΫ] ΣΕΜΝΥ.

V. 4 verba Καίσαρος εὐτυχίαις Kaibelius ad »romanam civitatem«, cui ex Aegypto quotannis annona adportaretur referenda esse arbitratur. Sed quoniam carmen a latere sinistro portae Philometoris inter seriem Kaib. n. 978—980. 985 etc. insculptum est, voce Καίσαρος imperatorem Augustum significari elucet, quo feliciter regnante Aegyptus Nili beneficiis augetur. — V. 5 pro ἄνασσα Φιλῶν quod Bailius tradidit, ectypum ἄνασσα ΦΙΛΑ exhibet. Quod si retineremus, ΦΙΛΑ forma dorica esset pro φίλη adhibita; sed cum formae doricae a sermone auctoris abhorreant, lapidarius erravisse putandus est cum scribere vellet ἄνασσα Φιλῶν; praesertim cum v. 6 Sarapidis sedes similiter addatur. — V. 11 Wilamowitzius quod traditum est ναούς in λαούς correxit, quoniam una sola aedicula cum Isidis imagine navibus allata esset. Atqui non solum de pluribus aediculis e diversis Nubiae templis adportatis, quae suam quaeque Isidis imaginem continerent, cogitari posse Letronnius animadvertit, sed etiamsi Aethiopes omnes unam eandem imaginem coluissent, cum Iside οἱ σύνναοι θεοί in sua quisque aedicula afferri poterant.

XXXIII.

C. I. G. Add. III p. 1233 n. 4944 b. Lepsius VI tab. 91 Gr. 316.

Ἶσιν τὴν ἐν Φίλαις προσκυνήσας τις εὐτυχεῖ,
οὐχ ὅτι μόνον πλουτεῖ, πολυζωεῖ δ᾽ ἅμα τούτῳ.
τραφεὶς δ᾽ ἐγὼ πὰρ Φαρίᾳ Ἴσιδι ἐνθάδ᾽ ἱκόμην·
εἰμὶ δ᾽ ἐγὼ Σερῆνος Βόηθος ἀγακλυτοῦ Πτολεμαίου·
ὁμοῦ σὺν Φήλικι καὶ Ἀπολλωνίῳ ζωγράφῳ
χρησμοῖς Ἀπόλλωνος ἀνικήτοι[ο] ἄνακτος
σπονδῶν καὶ θυσιῶν ἕνεκα ἐνθάδ᾽ ἱκόντες,
δεόμενοι καὶ τούτων μετασχεῖν· πρέπον γὰρ ἦν.
οὐδέν[α] μῶμον εὑρήσεις.

v. 2. Δ᾽ΑΜΑ. v. 6. ΑΝΙΚΗΤΟΙΘ. v. 7. ЄΝΘΑΔ᾽ΙΚΟΝΤЄϹ[1]).
v. 9. ΟΥΔЄΝΔ.

Carmen ab homine Romano imperite factum in pariete aedis non absolutae[2]) inscriptum est eodem loco atque Kaib. n. 982. C. I. G. Add. 4915 c [Leps. VI tab. 91 Gr. 317]. ib. Add. 4944 b, v. 10—13 [Leps. ib. Gr. 319], v. 14—19 [Leps. ib. Gr. 320]. Lepsii apographo cum omnia optime referantur auctorem versus sive senarios sive hexametros componere voluisse[3]) perspicuum est. V. 1 Letronnius qui in fine legeret *προσκυνήσας τόδ᾽ ἐπόησα* versum alterum intellegere non potuit. Iam apparet quicumque Isidem colat felicem ab auctore appellari. V. 2 *πολυζωεῖ* ex verbo *πολύζωος* novo exemplo derivatum est. V. 3 *ἀπογραφεύς* quod Letronnius coniecit nihili est. Verbis autem *τραφεὶς πὰρ Φαρίᾳ Ἴσιδι* (quae in Pharo insula colitur cf. C. I. G. 4713 b) auctor pariter atque Catilius verbis Kaib. n. 978 v. 6: *ἀπ᾽ Ἀλεξάνδρου δεῦρο μολὼν πόλιος* Alexandrinus designatur. — Ut v. 5 pictor Apollonius — pro *ζωγράφῳ* Letronnius coniecerat *Ζωτικῷ* — ita C. I. G. 4908 [Leps. VI tab. 88 Gr. 262] actor Amaerio Isidi sacra facit. V. 6 Letronnii coniectura *Κρηνίδου Ἀπολλωνίου ἀνικήτοις ἀνάκτορσιν* iam reicitur. Quae verba cum Letronnius et Franzius ad imperatores plures simul imperantes pertinere putarent, ex anni nota ΛΑ adscripta titulo Add. 4944 b,

---

[1]) Lineola obliqua ᾽ v. 1 et 7 spiritus asper significatur.
[2]) v. Letronn. *Rec.* II p. 176 sq. Lepsius I tab. 104, G.
[3]) Confer quos Kaibel p. 703 enumeravit versus inconditos.

v. 10—19, qui una cum nostro incisus est, alter a. 177, alter 314 p. C. Sereni titulum scriptum esse collegerunt. Iam cum v. 6 nihil fuisse de invictis imperatoribus constet, annus ille XXXI. ad Augustum videtur referri posse (1 p. C.). — V. 7 Letronnius male restituit: *θυσιῶν γενομένων ἐμείναμεν*. Participia *ἱκόντες* et *δεόμενοι* quasi praecedat *ἐγὼ Σερῆνος καὶ Φῆλιξ* ad sensum constructa sunt.

XXXIV.

Hymni Talmi (*Kalabscheh*) reperti.

Talmi in oppido ultra Philas insulam in Aethiopia sito Romanorum aetate magnum templum exstrui coeptum neque umquam absolutum est. Teste Lepsio[1]) in inscriptionibus hieroglyphicis non invenitur nisi Augusti nomen; ipse tamen inde imagines reportavit[2], quibus etiam Traianus imperator deis sacra faciens repraesentatur. Ipse deus cui templum dicatum erat in inscriptionibus aegyptiis *Merul*, *Mertul*, *Menrul*, *Mentul*[3]) vocatur et fortis atque potens Talmis dominus praedicatur, qui Hori filius radiosus exoritur in oriente. Atque ut duae Hori formae ab Aegyptiis colebantur Horus et Horus infans (*hor pe chrut* i. e. Harpocrates), ita praeter deum Mentul etiam Mentul infans Talmi nominatur et figuris repraesentatur. Deo autem aegyptio Horo comparato apparet aethiopicum Mentul Solem esse, quem ab Aethiopibus cum Luna et Dionysio patrium deum coli Heliodorus refert 10, 2.

Proscynemata graeca in templi parietibus inscripta[4]) a militibus Romanis deum M a n d u l i n colentibus, quantum ex anni notis additis cognoscere licet, intra a. 81—248 p. C. incisa sunt. Hymnos autem tres qui sequuntur ab Aegyptiis conceptos esse, cum auctorum nomina non adscribantur, dicendi et scribendi

---

1) v. *Briefe aus Aegypten* p. 263. cf. *Denkmäler* IV tab. 72 f. g.
2) Ib. IV tab. 84.
3) Cf. Wilkinson, *Manners and Customs* vol. II. p. 35. London 1841.
4) C. I. G. III 5039—72 coll. Leps. VI tab. 95 (Gr. 377—379, tab. 97 Gr. 432—464. C. I. L. III¹ p. 16 n. 77. 78.

ratione demonstratur. Cui rei convenit quod deum Mandulin non solum Apollinem et Solem sed etiam nomine Macarei filii (Mentul infantem) appellant. Neque casu factum esse videtur ut Nonnus et ipse Aegyptius pariter atque hymnorum auctores Solem *Τιτῆνα* [1]) vocaret et inter Solis filios Macareum enumeraret [2]). Qui deus ita colebatur ut homines cum caste sancteque vixissent ac scelera expiavissent, mane exirent ad deum orientem exspectandum; cuius indicia ubi aspexerunt, tanto gaudio affecti esse videntur quanto homines in sacra Isidis recepti, cum subito Osiridem diu commiseratos et persecutos se invenisse exclamarent [3]). Quantopere autem in regionibus illis Aethiopiae solis orientis splendor et aspectus animos commoveat, non solum qui hac aetate eam terram perlustrarunt testantur sed etiam veteres animadverterunt, ut Agatharchides mar. er. 105 (Müller): *τοῦ δὲ ἡλίου τὴν ἔκφασιν ἐν τοῖς ἐπέκεινα Πτολεμαΐδος ἰδίαν λέγουσι καὶ παρηλλαγμένην. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐ καθάπερ παῤ ἡμῖν φῶς ἀνήλιον ἕωθεν ὁρῶμεν ἐπὶ χρόνον οὐκ ὀλίγον, εἶτα τὴν ἀνατολήν· ἀλλὰ νυκτὸς σκοτίας ὑπαρχούσης ἐξαίφνης ἀνέλαμψεν ἥλιος, ἡμέρα δὲ οὐδέποτε γίνεται ἐκεῖσε πρὶν τὸν ἥλιον ἰδεῖν.*

Sermo horum hymnorum satis barbarus est. Quomodo vero Aethiopes barbari linguam graecam in suum usum vertissent itaque novam dialectum vulgarem formavissent, de ea re iam disseruerunt Niebuhr in commentatione de inscriptionibus Nubiensibus conscripta [4]) et Mullach in Encycl. Hal. vol. 81 p. 10. Hymni B et C etiamsi certo metro non sint concepti [5]), tamen propter orationem poeticam hoc loco omittendi non erant.

---

[1]) Dionys. 2, 544. 19, 206. [2]) ib. 14, 44.

[3]) v. Preller, *Röm. Myth.* p. 731.

[4]) v. Gau, *Neuentdeckte Denkmäler aus Nubien* p. 8.

[5]) Cf. n. XXXIII.

A.

C. I. G. 5039. Kaibel n. 1023. Lepsius VI tab. 97 gr. 432.

ΧΡΥϹΟΧΕΛΕΠΑΙΑΝΜΑΝΔΟΥΛΙΑΘΗΝΑϹΑΓΑΠΗΜΑΕΙΛΙΑΝΕΠΙϹΕΜΟϹ
ΛΑΤΟΥϹΓΟΝΗΧΡΗϹΜΟΔΕΛΥΡΟΚΤΟΠ////ΗΤ//ΙΕΑΠΟΛΛΩΝ
ΟΤΗΝΜΕΛΑΝΟϹΤΟΛΟΝΒΛϹΙΛΙϹΗΙϹΕΙΔΙΕ(/ / ΜΑ
ΙϹΑΘΡΗϹΑϹΔΕΓΩΕΝΘΑϹΙΗϹΙΚΑΝΩϹΠΡΟϹΚΥΝΗϹΑϹΘΕΜ
ΤΟΝΠΡΟΚΑΘΗΓΗΜΑΜΑΝΔΟΥΛΙΚΑΙΠΡΟΟΡΟΝ
ΤΗΝϹΗΝΜΆΝΤΟϹΥΝΗΝΤΙϹΔΑΝΚΟΜΙϹΑΙΕΠΙΝΕΥϹΑΝΤΩ
ΪΛΑΘΙΜΟΙΜΑΝΔΟΥΛΙΔΙΟϹΤΕΚΟϹΗΔΗΠΙΝΕΥϹΟΝ
ϹΩΖΕΜΕΚΑΙΚΗ//////ΗΝΑΛΟΧΟΝΚΑΙΠΑΙΔΑϹΑΡΙϹΤΟΥϹ
ΚΛΗϹΖΩϹΕΠΑΝΤΟΤΕΚΑΙΕΤΑϹΚΑΙΔΜΟΑϹΠΑΤΡΙΔΙΚΕϹΘΑΙ
ΝΟϹΦΙΝΑΤΕΡΜΟϹΟΥΚΑΙ//////ΑΤΗΡΧΑΛΕΠΟΙΝΟΙΩ
ΛΑΜΠΡΟ//////////ΦΕΡΩΝΚΑΙΔΕΞΙΟϹΙϹΙΔΙΒΑΙΝΩΝ
ΧΑΙΙ· ΕΙΔΙ ΑϹϹΑϹΙϹΤ ΟΡΟΑΕΜΑΝΤΟϹΙΝΑϹΝΑΦΑϹΩΛΟΝΤΗ
ΩΛΛΛΙΜΟΚΑΙΕϹΤΙΝΑΜΙΜΩΝΙΑΚΗΚΑϹΙΓΝΤΟΥϹΑΜΜΩΝΟ·
ΠΟΡΕΝΔΟϹΕΥ//////ΓΟΝϹΧΥΝΑϹΙΥΔΡΙΚΑΗΡΙΜ

Versus 12—14 Gau ita tradidit:

Α.ΗϹ.....ΕϹΑϹΙϹΤΟΡΔΑΕΜΑΝΤΟ..ΝΑϹ ΑΦΡΑωΑΑϹΝΤΗ
.ΙΚΑ.ΙΜ((ΙϹΑΙΕϹΤΙΝ.UUwϹΝΑΙΚΗΚΝϹΓΓΝΤΟΥΟΑΝΜωΝ
.ΑΟΡΕΝΑΙϹΕΥΚ.ΓΟΝϹΧΥΝΑΙΨΧΑ(.....

Χρυσοχέλ(υ Παιὰν Μανδοῦλι, Ἀθηνᾶς ἀγάπημα εἶ λίαν ἐπίσ(η)μος,
Λατοῦς γονή, χρησμ(ῳ)δέ, λυροκτ(ύ)π[ε], ἤ[π]ιε Ἄπολλ(ο)ν,
ὁ τὴν μελανόστολον β[α]σιλίσ(σ)η Ἴσειδι - - - - - - -
[ε]ἰςαθρί[σ]ας δ' ἐγώ, ἔνθα σ(ὺ) ἧς, ἱκανῶς προσκυνήσας θ[εὸν]
τὸν προκαθήγημα Μανδοῦλι καὶ προορ(ῶ)ν[τα? - -
τὴν σὴν μαντοσύνην τίς δ' ἂν κομίσαι ἐπινεύσαντ[ος];
ἵλαθί μοι, Μανδοῦλι, Διὸς τέκος ἤδ' (ἐ)πίνευσον·
σῷζέ με καὶ κ(ε)[δν]ὴν ἄλοχον καὶ παῖδας ἀρίστους,
κλήσζω σε πάντοτε καὶ ἔτας καὶ δμ(ῶ)ας πατρίδ' ἱκέσθαι
νόσφιν ἄτερ [ν]ο[ύ]σου καὶ ἄτ(ε)ρ χαλεποῖ[ο πό]νοι(ο).
Λαμπρό[τητα] φέρων καὶ δεξιὸς Ἴσιδι βαίνων
κ]αὶ Ἴσειδι [ἀν]άσσᾳ σιστ[ρ]ο[φ]όρ(ῳ)? μαντοσ(ύ)νας - - - - - - -
- κασιγν[ή]τους Ἀμμωνο[ς
- - - - - - - - - - αἰ]σχύνας? - - - - - - - - - - - - - -

Editores quominus carmen intellegerent imperitia auctoris potius quam Gauii apographo solito diligentius confecto prohibiti sunt. Nam ipsi poetae deberi quaecumque in ratione graece loquendi et scribendi peccata sunt Lepsii apographum testatur. Sic vocalibus ε et η commutatis et v. 1 ΕΠΙϹΕΜΟϹ et v. 7 ΗΠΙΝΕΥϹΟΝ dedit, v. 8 ΚΗ . . ΗΝ ex κε[δν]ήν, v. 10 ΑΤΗΡ ex ἄτερ effecit; quamquam in eodem versu ΑΤΕΡ recte scripserat. Pariter vocalis ο mensurae imperitus v. 2 pro χρησμῳδέ ΧΡΗϹΜΟΔΕ, v. 5 pro προορῶν[τα] ΠΡΟΟΡΟΝ, v. 9 pro δμῶας ΔΜΟΑϹ et v. 2 pro Ἄπολλον ΑΠΟΛΛωΝ, idemque v. 6 pro ἐπινεύσαντο[ς] ΕΠΙΝΕΥϹΑΝΤω, v. 9 pro χαλεποῖο πόνοιο ΧΑΛΕΠΟΙΝΟΙω exhibuit. Praeterea ΧΡΥϹΟΧΕΛΕ v. 1 et ΛΥΡΟΚΤΟΠ v. 2 corrupta sunt ex χρυσοχέλυ et λυρόκτυπ[ε], ϹΙ v. 4 ex σύ; denique in vocabulis v. 3 ΒΛϹΙΛΙϹΗ et v. 9 ΚΛΗϹΖω litteram σ falso aut omisit aut addidit.

V. 1 Franzius et Kaibelius veram Niebuhrii lectionem ἀγάπημα εἶ λίαν ἐπίσημος aspernati sunt: prorsus similiter v. 5 neutrum προκαθήγημα quod Niebuhr recte scripserat — nam hic quoque Kaibelius cum Franzio male corrigit προκαθηγέτην — cum articulo τόν coniungitur. Qualia vocabula ab verbis derivata barbaris illis in frequenti usu fuisse ex eo quoque concludi potest quod Silco Aethiopum rex pro voce maxime sollemni νίκη adhibet νίκημα C. I. G. 5072 v. 4. — V. 2 λυροκτύπος a Nonno Dionys. 41, 727 Apollo, paraphr. 7, 165 David rex vocatur. — V. 3 Niebuhr accusativo βασιλίσσην Ἶσιν restituto coniunxit adiectivum μελανόστολον; quod quidem Plut. Mor. p. 372 de Iside praedicatur[1]. Sed quoniam dativum βασιλίσσῃ Ἴσειδι fuisse constat, praeter aliud vocabulum ad μελανόστολον relatum participium ex quo accusativus pendeat supplendum est. Quare in fine versus ἐ[πάγων] ἀ[γέλην restituerem, dummodo constaret quinam μελανηφόροι illi Isidis cultui addicti fuissent: qui atris vestibus insignes fortasse etiam peplum seu velum Isidis nigrum in pompa portabant[2].

[1]) Eadem Orph. hymn. 41 μελανηφόρος appellatur.

[2]) v. Boeckh. C. I. G. 2293. 2294. 2296. 2227. Ἀθήναιον 2, 194.

Quamquam ab Apolline vel a Manduli pompam eorum ductatam esse prorsus ignoratur. — V. 4 quae Kaibelius reposuit ἐν θυσίαις ἱκάνω κτλ. ferri nequeunt; nam cum ἱκανῶς certum est tum litterae **ΕΝΘΑϹΙΗϹ** aut cum Niebuhrio ἔνθα εἴης aut quod praefero ἔνθα σὺ ἦς transcribendae sunt atque ad modum dei colendi pertinent, qualem supra explicavimus. In fine versus Niebuhr θεόν videtur recte coniecisse. — V. 5 licet lacuna non indicata verbum finitum desideratur. — Versum 11 Kaibel cum scriberet λαμπρὸς ἐπιπνείων καὶ δεξιὸς ἱστία ἱκάνων ad reditum familiae auctoris de quo antea agitur referendum esse censuit: rectius olim Niebuhr de deo Manduli auctorem locutum esse vidit. Qualis autem sententia versibus postremis 12—14 lateat ne Lepsii quidem apographo duce elucet.

B.

Lepsius VI tab. 97 Gr. 451.

ΑΚΤΙΝΟΒΟΛΕΔΕϹΠΟΤΑ
ΜΑΝΔΟΥΛΙΤΙΤΑΝΜΑωΑΡΕΥ
ϹΗΜΙΑϹΟΥΤΙΝΑΛΑΜΠΡΑΘΕΑΜΕΝΟϹ
ΕΠΕΝΟΗϹΑωΑΙΕΠΟΛΥΠΡΑΓΜΟϹΑΑ'ΦΑΛωϹ
ΤΔΕΝΑΙΘΕΛωΝΕΙϹΥΙΟΗΛΙΟϹ.ΑΛΟΤΡΙΟΝ
ΕΜΑΥΤΟΝΕΠΟΙΗϹΑΜΗΝΠΑϹΗϹωΑωΕΙΑϹ
ωΑΙΠΑϹ////////ΟΤΟϹωΑΙΑΓΝΕΥϹΑϹΕΠΟΛΥΝ
ΧΡΟΝ //// ΤΙΘΕΙΑϹΕΥϹΕΒΙΑϹΤΝΕω////////
ΕΠΕ//// ////ωΑΙΕΝΘΕΑϹΑΜΕΝΟϹΑΝΕ////////
ΝΕΥω//// ////ΕΔΕΙΞΑϹΜΟΙϹΕΑΥΤΟΝΕΝΤω
ΧΡΥϹ////////ωΑΦΟϹΔΙ///Τ///ΡωΝΤΑΤΟΝ
ΟΥΡΑΝΙω////ωΛΟΝωΑΙϹΤΟΠ////ΝΔΕΜΜΑΤΑ
ωΑΤΑΔΕΙΝΟΝΝΥΚΤΙΑΡΟΜΟΝ////ΝΑΑ//ΠΙΑΤΟΝΠΟΙΗϹΑΜΕΝΟϹ
ΕΝωωΑΙΑΓΙωΤωΤΗϹΑΘΑΝΑϹΙΑϹΥΑΤΙΛΟΥϹΑΜΕΝΟϹ

Principia versuum 6—13 Lepsius ib. Gr. 463 repetivit:

ΕΜΑΥΤΟΝΕΠΟΙΗϹΑ 6
ωΑΙΠΑ////////ΟΤΟϹ
ΧΡΟΝ////////ΤΙΘ
ϹΠΕ////////ωΑΙ
ΝΕΥω////////ΕΔ 10
ΧΡΥϹ////////ωΑΦΟϹ
ΟΥΡΑΝΙω////ωΛΟΝ
ωΑΤΑΔΕΙΝϹΝΝΥΚΤΙΔ

Ἀκτινοβόλε δέσποτα,
Μανδοῦλι, Τιτάν, Μακαρεῦ,
σημ(εῖ)ά σού τινα λαμπρὰ θε(ώ)μενος
ἐπενόησα [κ]αὶ ἐπολυπραγμό(νη)σα ἀσφαλῶς
(εἰ)δέναι θέλων, εἰ σὺ (εἶ) ὁ ἥλιος· ἀλ(λ)ότριον
ἐμαυτὸν ἐποιησάμην πάσης κακ(ί)ας
καὶ πά[σης ἀθε]ό[τη]τος καὶ ἁγνεύσας ἐς πολὺν
χρόν[ον θυώμα]τι, θείας εὐσεβ(εί)ας (εἵ)νεκ]α - -
ἐπε[θυσάμην] καὶ ἐνθεασάμενος ἀνε[βλεψάμην.
νεύω[ν γὰρ κατ]έδειξάς μοι σεαυτὸν ἐν τῷ
χρυσ[οδέτῳ σ]κάφ(ει) δι[απε]ρῶντα τὸν
οὐράνι[ον πό]λον καὶ - - - - - - - - - - -
κατὰ δεινὸν νυκτιδρόμον[Μῆ]να? - - - - - ποιησάμενος,
ἐν ᾧ καὶ ἁγίῳ τῷ τῆς ἀθανασίας ὕδατι λουσάμενος
- -

Ad tituli scripturam quod attinet, forma **ᒐ** litterae **K** notabilis est. Ut mittam alia exempla de quorum tempore non constat, eadem in titulo C. I. G. 5068 [Leps VI tab. 97 Gr. 456] anno p. C. 226 scripto adhibita est. Gardthausen[1]) eam anno a. C. 154 iam in usu fuisse docuit; antiquiora autem exempla in supellectili fictili in insula Elephantine reperta nobis servata sunt, quae annum XVIII. Traiani (115 p. C.) adscriptum ferunt.[2]) Titulum autem ab homine barbaro compositum certae aetati attribuere non ausim, quamquam elocutio multo magis emendata est quam auctoris carminis A. Nam praetermissis itacismi exemplis (v. 3 **CHMIA**, v. 5 **IΔENAI**, v. 6 **ᒐAᒐEIÀC**, v. 7 **EYCEBIAC INEᒐ[A]**) perpaucae formae corruptae sunt: v. 3 **ΘEAMENOC** ex *θεώμενος* vel *θεασάμενος*; v. 4 **EΠOΛYΠPAΓMOCA** ex *ἐπολυπραγμόνησα*: v. 5 **AΛOTPION** ex *ἀλλότριον*; v. 11 nisi fallor [**C**]**ᒐA-ΦOC** ex *σκάφει*. — Ad carminis argumentum comprehendendum quae supra scripsimus sufficiant; ibidem etiam de nomine *Μακαρεύς* satis egimus. V. 2 in voce *σημεῖα* non de

[1]) *Griech. Palaeographie* tab. III, 12.
[2]) C. I. G. 4866 sq.

certis dei ostentis, sed de solis radiis cogitandum est quibus aspectis deum adesse poeta sentiat. — V. 5 *ἀλλότριον ἐμαυτὸν ἐποιησάμην κακίας* pro *ἐγκρατῆ ἐμ. ἐπ.* vel *ἀπεστησάμην κακίας* dictum certe homini barbaro debetur. Ad sententiam vv. 11. 12 conferendus Nonnus Dion. 17, 271 ubi Sol *φλογεροῖο δι' ἅρματος αἰθέρα τέμνων* appellatur. Ceterum versuum 12—14 reliquiae non satis intelleguntur, praesertim cum sententia incohata v. 14 subito abrumpatur.

C.

Lepsius VI tab. 97 Gr. 455.

ΦΑΙ///////ΟΝΗΛΘΕϹΩΑΤΑΩΑΙΡΟΝΑΝΑΤΟΛΑϹ
ΠΟΙΟ// //ΕΙϹΤΟΝϹΟΝϹΗΩΟΝΑΟΑΝΩΤΕϹΩΩΑΙΝΑΩΕΜΠΝΟΙΑΝ
ΠΑΡΕΧΩΝΩΑΙΔΥΝΑΜΙΝΜΕΓΑΛΗΝΕΝΘΑϹΕΕΓΝΩΝΜΑΝΔΟΥΛΙ
ΗΛΙΟΝΤΟΝΠΑΝΤΕΠΟΠΤΗΝΔΕϹΠΟΤΗΝΑΠΑΝΤΩΝΒΑϹΙΛΕΑ
ΑΙΩΝΑΠΑΝΤΟΚΡΑΤΟΡΑΩΤΩΝΕΥΤΥΧΕϹΤΑΤΩΝΛΑΩΝΤΩΝΩΑΤΟΙΩΟΥΝΤΩΝ
ΗΝΟΗΛΙΟϹΜΑΝΔΟΥΛΙϹΑΓΑΠΑΤΗΝΙΕΡΑΝΤΑΛΜΙΝΗΤΙϹΕϹΤΙΝΫΠΟ
ΤΑϹΩΑ/////////////ΘΕΙΡΑϹΜΥΡΙΩΝΥΜΟΥΙϹΙΔΟϹ

Φαί[διμε Ἄπολλ]ον, ἦλθες κατὰ καιρὸν ἀνατολὰς
ποιο[ύμενος] εἰς τὸν σὸν σηκόν, ἀ[θ]άν[α]τε, σῷ καὶ ναῷ ἔμπνοιαν
παρέχων καὶ δύναμιν μεγάλην· ἔνθα σε ἔγνων, Μανδοῦλι,
ἥλιον τὸν παντεπόπτην δεσπότην, ἁπάντων βασιλέα,
αἰῶνα παντοκράτορα· ὢ τῶν εὐτυχεστάτων λαῶν τῶν κατοικούντων,
ἣν ὁ ἥλιος Μανδοῦλις ἀγαπᾷ, τὴν ἱερὰν Τάλμιν, ἥτις ἐστὶν ὑπὸ
τὰ σκᾶ[πτρα τῆς εὐε]θείρας μυριωνύμου Ἴσιδος.

Hymni auctor ignotus peritiorem se praebuit linguae graecae quam populares quos supra cognovimus. V. 2 tamen obscurius est quid poeta voluerit. Cum sententia exprimatur deum ubi ortus sit in cellam suam prodire, voce *ἀθάνατε* interposita addi videntur verba *σῷ καὶ ναῷ* ex *ἔμπνοιαν παρέχων* apta: quamquam lectio ipsa non satis certa est. *Ἔμπνοια* ad ventum matutinum pertinet. Quomodo autem verba v. 3 *ἔνθα σε*

ἔγγων (sc. orientem) explicanda essent, supra expositum est. — V. 4 cf. Nonn. Dion. 9, 276 *Ἀπόλλων πανόψιος*. — V. 7 cum Talmin in Isidis tutela esse exprimendum sit, mihi quidem videtur collatis Kaib. n. 1028 v. 8. 1029 v. 8, ubi Isis *ῥωμαλέα σκάπτροισιν* atque *σκῆπτρον ἔχουσα* appellatur, auctor semel forma dorica usus esse cum scriberet *ἥτις ἐστὶν ὑπὸ τὰ σκᾶπτρα τῆς εὐεθείρας μυριωνύμου Ἴσιδος*. De crinibus vero Isidis, quae Kaib. 833 v. 1 *εὐπλόκαμος* nominatur, Aegyptios fabulatos esse ex nomine plantae apparet quae *Ἴσιδος τρίχες* [1]) vocabatur: accedit quod Memphitae Luciano auctore [2]) cincinnos Isidis ostentabant. Cognomen *μυριώνυμος* simile sollemni adiectivo *πολυώνυμος*, quod quidem Brugsch [3]) translatum esse censet ex aegyptio *āš-ranu* quod de omnibus fere deis aegyptiis praedicatur, legitur C. I. G. add. 4922 d. 4944 b. Plut. Is. et Os. 53. Orelli 1876. 1877. Cf. Marquardt *Staatsverw.* III, 84.

XXXV.

C. I. G. 5041. Kaibel n. 1022. Leps. VI tab. 97 Gr. 444.

Versus quales Kaibel Niebuhrii et Franzii supplementis receptis exhibet, in lapide legi apographo Lepsiano demonstratur nisi quod nomen auctoris Niebuhr male mutavit *Σανένως*; nam nihil obstat quin legamus nomen barbaricum *Σάνσνως* quam Gauii lectionem Lepsius firmavit. Alterum vero eiusdem nominis exemplum Lepsius rettulit [VI tab. 97 Gr. 511]:

ΤΟΠΡΟϹΚVΝΗΜΑ
ϹΑΝϹΝΩϹΨΕΝΧΝΟΥΒΙΟϹ
ΠΡΟϹΤΑΤΗϹ
L Ī (Tiberii?)

Simile nomen feminae *Σενσάως* exstat C. I. G. 4828.

[1]) Plut. fac. orb. lun. 25. Agatharch. mar. er. 108. Plin. XIII, 52.
[2]) Adv. indoct. 14.
[3]) *Hieroglyph. Wörterb.* I, 220 s. v. *āš*.

XXXVI.

C. I. G. 5078. Kaibel n. 975. Lepsius VI tab. 96 Gr. 409. Ectypum contuli.

ΗΛΘΕCΤRΑΤΗΓΟCΕωΝΑΠΟΛΛωΝΙΟCΕΝΟΑΔΙΚΛΖωΝ
////////////COIΔΕΑΝΑΞ+ΕΛΧΙΔΟCΟCΜΕΔΕΕΙC
////////////ΥΤΓΜΕΤΑΞΥΚΑΙΑΙΘΙΟΠωΝ////////ΕΡΜΗ
////////////ΧΟΜΕΝΟCΡΕΖΕΘΥΗΠΟ////////C

V. 3 Lepsius ΥΤΤΜΕ exhibet.

Ἦλθε στρατηγὸς ἐὼν Ἀπολλώνιος ἔν[θ]α δικ[ά]ζων
ἀνδράσι·] σοὶ δὲ, ἄναξ, Ψέλχιδος ὃς μεδέεις,
Αἰγύπτο]υ τ[ε] μεταξὺ καὶ Αἰθιόπων [χθονός,] Ἑρμῆ,
πολλὰ προσευ]χόμενος ῥέζε θυηπο[λία]ς.

Nomen *Ἑρμῆ* a Kaibelio coniectura v. 4 additum iam in fine v. 3 legimus. V. 4 *θυηπόλιον* Letronnii supplementum cum neque sensu neque apographo Lepsii commendaretur, *θυηπολίας* correximus.

XXXVII.

C. I. G. 5083. Kaibel n. 974. Lepsius VI tab. 96 Gr. 412. Ectypum contuli.

v. 1. ΠΑΤΡωΙΘΔΙΔΟΤ] ΠΑΤΡωΙΕΔΙΔΟΥ.
v. 3. ΤΗΡΑCΑΝCΡΧ| ΓΗΡΑCΑΝΕΡΧ.
v. 7. 8. ΤΕΡΜ(ʼΙΑΕΙΝΑΤΑ·ϽΝ] ΤΕΡΜʼΕCΙʼΔΕΙΝΑ-ΓΑΘωΝ; littera Θ in ectypo non apparet.

V. 8 Kaibelii supplemento *ἀγανόν* ex fide lectionis Lepsianae *ἀγαθῶν* exploso eiusdem explicatio versuum »pro tribus his itineribus fac ut quietum aliquando vitae videam finem« tollitur.

Appendix.

XXXVIII.

Ante hos paucos menses cum iam haec de epigrammatis graecis in Aegypto repertis commentatio typis mandata esset, in antiquitatum aegyptiarum Museum Berolinense lapis Cahira ex urbe advectus est (n. 7974) epigrammate ornatus, quod ut hoc loco adderemus v. cl. Lepsius benignissime concessit. Lapis est calcarius 52 cm. altus, 32 cm. latus, quem prope Memphidis rudera repertum esse verisimile est: ubi sub imagine uraei qui dicitur serpentis cuius caput cornibus atque solis disco exornatum est hi versus exarati sunt litteris 0,006—0,008 m. altis (v. tab. II):

Στῆθι λᾶον κατενῶπα τελώριον ἐν τριόδοισι,
ξεῖνε, καὶ εὑρήσεις γράμματι ῥηγνύμενον.
ἠὺ δ' ὄπα προχέων στενάχιζέ με τὴν προμολοῦσαν
εἰς ἐνέρους ὁσίην ἀσπίδα τηλέβιον
δυσμενέων ὑπὸ χερσί. τί σοι πλέον, αἰνότατ' ἀνδρῶν,
ἐστίν, ὅτι ζωῆς τῆςδέ με ἀπεστέρεσας;
σοὶ γὰρ ὁμοῦ καὶ ἔρεσσι κέλωρ' ἐμὰ θεσπέσι' ἔσται·
οὐκ οἴη(ν) ἐπὶ γῆς ἔκτανες οὖσαν ἐμέ,
ἀλλ' ὅσαπερ ψάμαθος παρὰ θῖν' ἁλὸς ἔσχεν ἀριθμά,
τόσσον ἐπιχθόνιοι θῆρες ἔχουσι γένος·
ἦ σὲ μὲν οὐχ ὕπατον, πύματον δ' ἅιδη[ν] πελάσουσι
ὄμμασι δερκόμενον σῶν ἐρέων θάνατον.

Sepulcralis titulus in trivio collocatus fuit uraei [1]), qui ab impia manu necatus his verbis et viatoris misericordiam exci-

[1]) Is serpens non anaglypho tantum sed etiam nomine *ἀσπίς* certo designatur. Ceterum cf. Horapoll. (ed. Leemans, Amstel. 1835) 1, 1;

tat et interfectori vindictam miserrimam a reliqua serpentium multitudine inferendam minatur.

Inter animalia sacra Aegyptiorum quae post mortem in sanctis sepulcris condi solita sint, quamquam uraeum neque Herodotus neque Diodorus referunt[1]: tamen eum in simili veneratione habitum esse cum inde concludi potest quod regum atque omnium fere deorum dearumque, Isidis maxime et Aegypti inferioris, tamquam signum colebatur[2], tum corporibus serpentium conditis quae in museis aegyptiis adservantur luculenter demonstratur. Quamquam similis inscriptio sepulcralis uraei neque graeca ulla innotuit neque aegyptia a L. Sternio viro rerum aegyptiarum peritissimo allegari potuit.

Quo magis autem Aegyptii animalia illa venerabantur, eo gravius supplicium de eo qui bestiam sacram sciens necasset sumebatur: quem ex lege mortis condemnatum esse Herodotus testatur.[3] Iam hoc loco cum ignotus sit interfector ipsos serpentes eum persecuturos esse praedicitur. Ac notum est uraeum omnium esse animalium maxime venenatum atque pestiferum.[4]

Epigramma graece scriptum, cuius argumentum optime cum Aegyptiorum moribus congruere ostendimus, certe aut Ptolemaeorum posteriorum aut primis dominationis Romanae temporibus attribuendum est. Nam Ptolemaeis regnantibus linguae graecae inter Aegyptios usus adeo pervulgatus est, ut etiam Romani in administranda Aegypto eam retinerent. Ac litterae inscriptionis primi fere a. C. saeculi praebent speciem. Graecum autem hominem ne epigrammatis auctorem esse statuamus,

---

ὄφιν ζωγραφοῦσιν ἔχοντα τὴν οὐρὰν ὑπὸ τὸ λοιπὸν σῶμα κρυπτομένην, ὃν καλοῦσιν Αἰγύπτιοι οὐραῖον κτλ.

1) Cf. Her. II, 38. 41. 69. 72. 74. Diod. I, 83.

2) v. Wilkinson, *Manners and customs* 2. *ed. London* 1878 vol. III, p. 242 sq. P. Pierret *Dictionnaire d'archéol. égypt.* Paris. 1875 s. v. Uraeus.

3) II, 65: *τὸ δ' ἄν τις τῶν θηρίων τούτων ἀποκτείνῃ, ἢν μὲν ἑκὼν, θάνατος ἡ ζημία κτλ.* Idem Diodorus refert I, 83.

4) v. Horapoll. ed. Leemans p. 119.

cum argumento tum dicendi genere prohibemur quod a Graecorum usu plus uno nomine recedit.

Quo pertinent non tam lapicidae error v. 8 ΟΙΗΜ pro *οἵην* scriptum, quam formae inusitatae v. 1 *τελώριον* pro *πελώριον*[1]) v. 7 *κέλωρ(α)*[2]) et v. 9 *ἀριθμά*, praeterea v. 1 *κατενῶπα* non genetivo sed accusativo iunctum. Atque ipse accusativus ΛΑΟΝ et metro adversatur et sermonis legibus: expectas *λᾶαν* vel monosyllabum *λᾶν*. Nam nominativum *λᾶος* Sophoclis O. C. 195 (cf. Herodian. ap. schol.) Hygini fab. 153 p. 266, Servii ad Verg. Georg. 1, 63 testimoniis parum comprobari recte notat Dindorfius in Thes. v. *λᾶας*. Etiam illud *λᾶαν γράμματι ῥηγνύμενον* insolite dictum. — V. 11 pro *ἤ σε* certe concinnius diceretur *οἵ σε*: neque tamen de itacismo aegyptio cogitare audeo[3]).

Denique singulare est vocabulum *ἔρος*, cuius hoc loco primum deprehenduntur formae v. 7 *ἔρεσσι* et v. 12 *ἐρέων*. Quae Hesychii glossis: *ἐρέας· τέκνα. Θεσσαλοί* et *ἐρέεσφι· τέκνοις* explicantur: ubi *ἐρέας* formam thessalicam propter genus masculinum praedicari verisimile est. Quod M. Schmidt (ad Hesych. l. c.) *ἔρος* idem esse atque *ἔρνος* statuit, si quidem Buggius[4]) recte vocabula *ἔρνος ἔρνυμι orior* ad unam eandemque radicem rettulit: et *ἔρος* et suffixo *-no* auctum *ἔρνος* (cf. *ἴχνος*, *ἔθνος*) ex radice illa facile derivantur.

Ceterum Homerica expressit auctor *λᾶαν πελώριον* v. 1 = λ 593, *δυσμενέων ὑπὸ χερσίν* v. 5 = *T* 62, *ὁμοῦ καί* v. 7 = ε 294, ι 69, μ 315, *παρὰ θῖν' ἁλός* v. 9 = *A* 316. 327, *Ω* 12. Ad verba v. 3 *ἠὺ δ' ὄπα προχέων* cf. Pindaricum Pyth. 10, 56: *Ἐφυραίων ὄπ' ἀμφὶ Πηνεϊὸν γλυκεῖαν προχεόντων ἐμάν*.


---

1) Notabilis forma vitiosa uno Hesychii testimonio comprobata: *τέλωρ· πελώριον, μακρόν, μέγα* et *τελώριος· μέγας, πελώριος*: quae glossae non iam est cur damnentur cum M. Schmidtio.

2) Hesych. *ὁ κέλωρ· υἱός, ἔγγονος*.

3) Cuius generis exempla sunt in papyris Ptolemaeorum aetate scriptis *θροῖα = θρῖα Notices et extraits* vol. XVIII² p. 304; *ἀνύγω = ἀνοίγω* ib. p. 323; *ὑπόκιται* Leemans pap. gr. mus. Lugd. p. 26.

4) In G. Curtii Stud. IV p. 327.


ΜΕCΗΝΜΕCΗCΤΗCΠΛΙΝΘΙΔΟCΤΗΝΧΕΙΡΑΓΩΓΟΝΑΡΧΗΝ
ΛΑΒΩΝΙΧΝΕΥΕΠΡΟΒΛΕΠΩΝΙΝΕΥCΥΝΟΠΤΟCΗΙCΟΙ
ΗΠΑΥΛΛΑΤΩΝΕΜΩΝΠΟΝΩΝΚΛΙΠΛΙΝΘΙΔΟCΜΕΡΙΜΝΑ
ΧΩCΕΙΤΙCΙΔΡΙCΠΟΛΥΠΟΝΟΥΨΥΤΟΥΡΓΙΗCΥΠΑΡΧΩΝ
ΕΝΤΕΥΘΕΝΕΚΠΗΓΗCΑΓΩΝΜΕΛΙΡΥΤΟΥΤΙΝΟΡΜΗΝ
ΑΡΔΕΥΕCΟΡΧΟΥCΠΟΛΥΜΕΡΕΙCCΤΟΙΧΗΔΟΝΕΞΕΛΙCCΩΝ
ΕΙCΤΕCCΑΡΑCΜΕΝΟΥΝΤΙΘΕΙCΠΑΝΟΥΡΓΙΗCΑΡΙΘΜΟΥC
ΤΟCΩΜΟΛΟΝΜΗΠΟΥΛΑΘΗΙCΚΑΙCΥΝΧΕΑCΠΡΟCΑΨΗΙC
CΟΝΑΓΝΟΗΜΑΜΑΡΤΑΝΩΝΤΩΙΜΗΘΕΝΑΓΝΟΟΥΝΤΙ
ΤΑΞΙΝΓΑΡΕΥΡΩΝΠΟΙΚΙΛΩCΔΙΑΤΡΕΧΟΥCΑΝΕΞΗC
ΠΗΓΗCΤΕΠΡΟCΤΕΡΜΕΞΙCΟΥCΥΜΦΩΝΟΝΑΠΟΤΕΛΕCΜΟΝ
CΥΝΕΙCΑΝΑΘΕΜΑΤΕΥΜΕΝΩCΩCΚΟΙΡΑΝΟCΔΕΔΟΡΚΕΝ
ΚΑΙΚΑΡΠΟΝΟΙΟΝΕΚΦΡΕΝΟCΘΕΙΑCΛΑΒΩΝΚΟΜΙΖΩ
CΑΦΩCΕΡΕΙCΠΕΙCΘΕΙCΕΜΟΙ
Μ ΜΗΜΕΘΑΥΜΑCΗΙCΕΙΠΟΛΥΧΩΡΟCΟΥCΑΔΗΛΟΝ
Ο ΟΜΜΑCΙΝΦΕΡΩΦΑΝΤΑCΙΗΝΟΥΔΥΝΑΤΑΙΓΑΡ
C CΤΟΙΧΕΙΑΤΙCΕΥΓΝΩCΤΑΤΙΘΕΙCΜΗΟΥΚΑΠΟΚΡΥΨΑΙ
Χ ΧΩΡΗΝΙΝΑΤΩΙΘΕΛΟΝΤΙΚΑΙΠΛΑΝΗΝΠΑΡΑCΧΗΙ
Ι ΙΝΑΔΕΜΗΜΑΚΡΗΝΚΕΙCΑΠΟΡΟΝΤΡΑΠΗΙCΑΤΑΡΠΟΝ
Ω ΩCΑΝΙCΑΡΙΘΜΩΝΠΙΕΡΙCΙΝCΤΙΧΩΝΚΑΤΑCΧΗΙC
Ν ΝΟΥΝΑΠΟΚΝΙCΑCΕΥΞΥΝΕΤΟΝΓΡΑΜΜΑΦΕΚΑCΤΟΥ
Ο ΟΡΜΗCΟΝΕΦΗΝΤΕΘΕΙΚΕΧΕΙΡΑΓΩΓΟΝΑΡΧΗΝ
C CΗΜΑΝΕΙΓΑΡΕΙΠΥΘΟΙΟΚΗΝΟΡΘΟΝΕΧΗΙCΝΟΥΝ
ΔΕΡΚΟΜΑΙΕΥΧΩΛΗCΠΙΝΥΤΟΦΡΟΝΟCΑΝΘΕΜΑΤΕΡΠΝΟΝ
ΔΕΡΚΟΜΑΙΕΥCΕΒΙΗΤΟΥΜΕΠΑΡΕΤΡΟΧΑCΕΝ
ΑΝΘΩΝΤΙΜΗΕΝΤΑΛΑΧΩΝΕΥΕΛΠΙΝΕΠΑΙΝΟΝ
ΕΚΦΡΕΝΟCΗΜΕΤΕΡΗCΓΗΘΟCΥΝΟCΚΟΜΙCΑΙ

